ex parte voliti.¶ Ad illud quod obijcit ꝙ cōtrarijs 27
affectibus xpi voluntas dispensabatur.vtpote securi-
tate.timore.gaudio.ꝛ tristicia.Dōm ꝙ vna illarum
affectionum subiecta erat alteri ꝛ quodāmodo ma-
terialis fuit ad alteram.sicut dictū fuit supra. ꝙ gau
dium in christo nō ꝯtrariabatur dolori.qꝛ gaudebat đ
ipso dolore.sic ꝛ in ꝓposito intelligendū est. ¶ Ad il- 28
lud quod obi ꝙ ratō ꝯsentiebat sensualitati. aut dis
sentiebat.Dōm ꝙ quodāmodo ꝯsentiebat.quodā-
modo dissentiebat.ſm ꝙ aliquis pōt alicui duplici-
ter cōsentire.aut volendo idem quod ipse vult. aut
volendo ipm̄ sic velle.Ratio aūt sensualitati consen
tiebat volendo eam moueri.ꝛ hoc idem erat licituꝫ
sensualitati.vñ nō volebat nisi licitū.nō aūt cōsenti-
ebat volito.i.in ipm̄ in qđ sensualitas.h̄ eñ eēt illici
tū volūtati rōnis.ꝛ hoc nō ponebat carnē ꝯcupisce
re aduersus spūm.siue rebellionē sensualitatis ad ra
tionem.illa enim rebellio ponit vtrunqꝫ dissensum.
Unde notandum ꝙ dissensus pōt eē sensualitatis ad 29
rationem.ꝛ q̄tum ad volitum ꝛ q̄tum ad actuꝫ vo-
lendi.et hoc idem ptinet ad naturā lapsam p penaꝫ
ꝛ culpam.Et est ponere consensum q̄tum ad vtrun
qꝫ. ita ꝙ sensualitas subiaceat ratōni.ꝛ hoc ptinet ad
naturam institutā.Et est ponere mediū ꝙ ita ꝯsenti
at rō sensualitati respectu actus volendi siue respe-
ctu voliti.ꝛ hoc partim ad naturam habentē penaꝫ
absqꝫ culpa qualis fuit natura a christo assumpta.q̄
aliq̄d hūit de natura instituta. aliquid de nā lapsa.

Consequenter queritur de oratiōe christi. Et cir-
ca hoc querūtur tria. Primo queritur vtrū de-
cuerit christum orare.Scđo queritur vtrū in
omni oratione sua fuerit exaudit⁹.Tercio q̄r vtꝝ il-
la oratio q̄ orauit in passiōe fuerit sensualitatis aut
rōnis.

Questio.j. d

Utrū decuerit xpm̄ orare.Et ꝙ sic vr̄. Lu.vj.Exiuit
in montē orare.ꝛ erat pnoctās in orōne dei.ſ xps ni
hil fecit nisi qđ ipm̄ decuit.ḡ ꝯueniēs fuit ipm̄ orare
¶ Itē cui cōpetit sacrificiū offerre.eidē cōpetit ora-
re.sed xpo maxime cōpetebat oblatio sacrificij p sa
lute generis humani.ḡ ei maxime competebat ora-
re. ¶ Itē nulli magis cōpetit orare q̄ ei q̄ est ponti-
fex ꝛ sacerdos ſm ꝙ di ad hebre.v. ḡ ei maxime cō
petebat oratio. ¶ Item oratō maxime spectabat ad
pfectionem vite contemplatiue.sed decuit christum
habere pfectionē in vtraqꝫ vita.ḡ ꝛc. Itē nullū de-
cet magis orare q̄ eū q̄ est dign⁹ exaudiri ꝛ facili⁹ pt
impetrare.ſ null⁹ ē dignior exauditōe q̄ xps. ḡ vr̄ ꝙ si
bi maxime ꝯuenit orōnis vsus.¶ Sꝫ ꝯ. Aug. de cor-
reptōe et grā.Nemo petit ab alio qđ p se pt iplere.ſ
xps oia poterat per se.ḡ nihil debebat ab alio petere.
ḡ nec orare. Itē oratio ē actus psone inferioris re-
spectu eius quē orat.Sed psona xpi est equalis pa-
tri.ḡ non decuit xpm̄ orationē fundere ad deū. Itē
oratio ē ascensus intellectus in deū. ſ itellectus xpi
semp erat sursuꝫ sicut deo vnitus et in cōtinuo frui
tionis actu.ḡ nō vr̄ ꝙ cōpeteret ei vsus orōnis. Itē
idiuisa sūt opa trinitatis.ḡ ipletio petitionū spectat
ad totā trinitatē.ḡ q̄ petit aliq̄d sb vna psona . petit
et ab oibus.ſ nō decet xpm̄ petere aliquid a se. null⁹
eñ seipm̄ orat.vel petit aliq̄d a seipo.ḡ non vr̄ ꝙ de-
cuerit aliquid xpm̄ a patre p orationē ipetrare. Itē
volūtas xpi hoīs erat p oia conformis volūtati pa
tris.ḡ nihil petebat nisi qđ sciebat patrē velle. ḡ etiā
si ñ peteret.nihilomin⁹ qđ petebat iplerer.ḡ frustra
petebat aliquid.ſ nihil decuit xpm̄ frustra facere . ḡ
50 nō decuit xpm̄ orare. R.dđ.ꝙ absqꝫ dubio decens
fuit xpm̄ orare.maxime in dieb⁹ carnis sue. Rō aūt
hui⁹ cōdecētie pōt assignari q̄druplex.vicꝫ.ppter me
ritū.ppter dtuꝫ exēplū.ppter dītatē argumētuꝫ.ꝛ ppter
officiū explēdū. Propter meritū. qꝛ sua petitiōe et po
stulatione merebat nobis q̄ minus ydonei eramus
ad susceptionē bñficioꝝ dei. Propter exēplū.vt scꝫ di-
scipulos suos et p ꝯñs alios initaret ad orōis studi
um in cuius exercitio maxime supatur aduersarius.
ꝓpter qđ dñs dicebat discipulis Math.xxvj. Uigi
late et orate vt nō intretis in tēptationē . Propter ve-
ritatis argumētū.vt ōnderet se verū hōieꝫ . et vere a
deo missum.ꝓpter qđ di Io. xj . Grās ago tibi dñe
qm̄ audisti me. ego aūt sciebā qm̄ me sēp audis . Sꝫ
ꝓpter pplm istū q̄ circūstat dixi vt credāt qꝛ tu me
misisti. Propter officiū.qꝛ xps habebat dignitatē sa
cerdotis et pontificis.vñ sicut ad ipius officiū ptine
bat sacrificium offerre p peccatis.ita et p peccatori
bus exorare.vñ ad Hebre .v. Ois pōtifex ab hōib⁹
assumptus.p hōib⁹ cōstituitur in his que sūt ad de-
um.Et heb.vij.talis decebat vt eēt nobis pōtifex im-
pollut⁹. segregatus .et excelsior celis factus.his ḡ đ
causis cōgruum fuit et decēs vsum orōis in xpo re-
51 periri.vñ ꝛ rōes ad hoc inducte sunt cōcedēde. Ad
illud qđ obi ꝙ nemo petit ab alio si possit id iplere
qđ petit.dđ.ꝙ illud veꝝ ē ſm ꝙ petitio et ipletio at-
tribuūtur eidē rōe eiusdē nature.Sic aūt nō ē in ꝓpo
sito.nā petere ꝛ orare cōpetit xpo ſm naturā assum
ptam.Sꝫ posse iplere debet ei ſm naturā assumētē.
Ul' aliter pt dici.ꝙ sicut mot⁹ aliqñ ē ꝓpter supplēdā
indigētiā ꝓpriā.aliqñ ꝓpter supplēdā indigentiaꝫ
alienā.sic et petitio et oratio .Cū eñ aliq̄s orat ꝓpter
ꝓpriaꝫ indigētiā supplēdā verū ē qđ dicit Aug. Ne
mo petit ab alio qđ ipe pōt p se implere. Cū aūt pe-
tit ꝓpter supplēdā indigētiā alienā. nō requiritur de-
fectus ptātis in petēte.ſ defectus ptātis aut ydonei
tatis in eo p quo petitur.qui quidē defect⁹ suppletur ex
merito ipius orōnis.Cū eñ aliquis dign⁹ orat p in-
digno .quodāmō acquirit sibi ydoneitatē ex sue ora
52 tionis merito. ¶ Ad illđ qđ obi ꝙ orō ē actus psone
inferioris.dđ .ꝙ hoc veꝝ ē attribuēdo inferioritateꝫ
persone ſm eā naturā ſm quā cōpetit ei orō.Oratio
eñ ē actus cōueniēs psone ratiōnē nature.ꝛ sic non
hꝫ instātiā in ꝓposito.qꝛ q̄uis psona christi rōe di
uinitatis sit equalis patri.ſm tñ hūanitateꝫ minor ē
53 patre.Iuxta illud Io.xiiij. Pater maior me ē. Ad
illud qđ opponitur ꝙ orō ē ascensus intellectus in de-
um ſm Damā.dđ.ꝙ ascēsus pōt dici large vel stricte.
Scđm ꝙ large dicitur sic pōt dici intellectus ascēdere
in deū.qm̄ fertur in eū qui supra se ē.aut implorādo
miaꝫ q̄ est supra se.aut releuādo miseriā que ē infra
se.et hoc mō accipiēdo ñ tñ cōpetit nobis.verū etiā
xpo.et sic cadit in diffinitione orōnis.Alio mō ascen
sus in deū dicit nouā dei cōsiderationē.put dicit ele
uationē intellectus nr̄i ad deū ꝓcedētē gradatiꝫ a
consideratione creature ad cōsiderationē creatoris.
Et hoc mō nō cadit in notificationē orōnis nisi ſm
statum viatoris.Primo mō accipiēdo ascensuꝫ fuit
in xpo.secūdo vero mō accipiēdo quodā mō fuit et
quodā mō ñ fuit . Fuit q̄dē q̄tū ad h̄ ꝙ xps in actu
orōis se reuocabat ab occupatiōe vite actiue.vt tot⁹
eēt intentus opationi vite cōtēplatiue.Quātū āt ad
hoc ꝙ xps erat cōtinue cōprehensor.siue vacaret ac-
tioni.siue cessaret ab actione.sic nō di fuisse in eo in-
nouatio ascensiōis p eū modū p quē ē in nobis. Ad 54
illud qđ obi ꝙ postulatio orōnis respicit totā trini-
tatē.dđ.ꝙ verū ē ex cōsequēti.licet quedā orōnes di
riguntur ad patrē.quedā ad filiū .Qꝛ aūt subiungitur
ꝙ nemo petit aliquid a se.dōm.ꝙ verum ē in eo qui
ē vnius tñ nature.ſ q̄ ē diuersaꝝ naturaruꝫ hñ pōt
petere aliquid a se.ita ꝙ ſm vnā naturā sit petens ꝛ
ſm aliā sit exaudiēs.ꝛ sic ē i xpo q̄ erat pōtifex petēs
ſm hūanā naturaꝫ.et erat rex et pinceps exaudiens
ſm diuinā.¶ Ad illud qđ obi ꝙ xpus nihil petebat 55
nisi qđ sciebat deū velle.dđ.ꝙ verū ē.ſ xps bene scie
bat ꝙ deus quedā volebat q̄ sciebat xpm̄ nobis im-
petraturū p suā orationē.et iđ orando et petēdo qđ
de⁹ volebat nō frustra orabat.qꝛ hoc ipm̄ qđ de⁹ dis
posuerat.nobis sua orōne impetrabat. Cū eñ deus
disponit vel vult aliquid facere.nō dispōit in omnē
euētū.ſ psuppositis ꝯgruētib⁹ antecedētib⁹.sicut di
sponit nos saluare.si tñ velimus p bona merita salu
tē acquirere.sic et in ꝓposito intelligendū ē.

Questio.ij. e

Utrū xps in omni orōne sua fuerit exauditus. Et ꝙ
sic vr̄ p illud qđ di Io.xj.Ego āt sciebā qm̄ semp au
dis me.ſ illud audire non est aliud q̄ exaudire.ḡ ꝛc.
¶ Itē sup illud ps. Desideriuꝫ aie ei tri.ei.et vo .la.
eius nō frau. euꝫ. Glo.vo.la.e.id ē verboꝝ eius.hoc
ē p verba ꝓlata nō fraudasti eū.quicq̄d eñ dixit fa-
ctū ē ꝛc. ¶ Itē xps magis dignus ē exaudiri q̄ mē-
bra ei⁹ petētia in nomine ei⁹. Io.xiiij.Quicq̄d peti
eritis patrē in nomie meo dabit vobis.ḡ multo for-
tius q̄cquid ipe petijt obtinuit. Itē volūtas xpi fu-
it diuine voluntati conformis.ḡ nihil petijt ꝛ deside
rauit nisi qđ deus voluit .ſ oē qđ deus voluit fecit ꝛ
facit.ḡ oē qđ xps petijt impetrauit. Itē qđ xps pe-
tijt.pie.pseueranter.et ad salutē.nō hūit in aliquo re
morsum cōsciētie. ſ quicūqꝫ sic petit impetrat qđ pe
tit.ḡ omne qđ xps petijt obtinuit.¶ Sꝫ ꝯtra in ps.
dicitur de xpo.Deus meus clamabo p diē et nō exau-
dies.ḡ nō exaudiuit ipm̄ in eo qđ clamauit.nō ḡ ex
audiuit ipm̄ in oi eo qđ petijt. ¶ Item in lr̄a dicitur
Christus clamans nō exauditur ad salutem corpaleꝫ.
bonū quidē petijt scꝫ vt nō moreretur.ſ meli⁹ erat vt
moreretur.ḡ xps non fuit in omni eo qđ petijt exaudi
tus. ¶ Itē xps petijt ꝛ orauit vt calix trāsiret ab eo.
ſ calix nō trāsiuit ab eo.ḡ ñ in omni eo qđ petijt fu-
it exauditus. ¶ Itē xps orauit p suis crucifixorib⁹.
nec tñ oēs saluati fuerunt.ḡ non fuit exaudit⁹ in oi-
bus. ¶ Itē xps orauit p discipulis vt seruarentur a

malo ꝫm ꝙ dicitur Jo.xvij.non tñ ꝓ eis qui credituri sunt. ꝛc.sed nõ oẽs fuerũt seruati a malo. ergo non
56 in oibus que petiit exauditus fuit. R. dõ. ꝙ cũ oratio sit petitio ꝓcedens ex voluntate et desiderio. ꝫm ꝙ volũtas hũana fuit in xp̃o ꝫm triplicẽ differẽtiã. sic et oratio. Nã q̃dã oratio fuit exprimẽs siue procedens a volũtate ratiõis. quedã a volũtate pietatis. quedã a volũtate carnis. Oratio ꝓcedẽs a volũtate rõnis ꝓcedebat a volũtate q̃ quidẽ requirebat exaudiri. et talis oratio in oibus est exaudita. tum ꝓpter hoc ꝙ ista volũtas erat ꝑ oia ꝯformis volũtati diuine. tum etiã qꝛ adeo petebat digne et sancte ꝙ in omnibus erat exauditꝰ pro sua reuerentia et dignitate. Oratio aũt ꝓcedẽs a volũtate pietatis et voluntate carnis nõ fuit in xp̃o exaudita ꝑ oia. tũ qꝛ hac voluntate nõ cõformabat deo in oi volito sicut habitũ est prius. tũ etiã qꝛ illa petitio plus ordinatur ad nostrã instructionẽ ꝙ̃ ad diuinã. Magis enim petebat hac voluntate vt nos erudiret. ꝙ̃ vt deũ ad suã petitionẽ inclinaret. Ex his patet respõsio ad questionẽ ꝓpositã et ad rões ad vtrãq; ptẽ. Cõcedendũ ẽ eñ ꝙ xp̃s exauditus fuit in oi petitione q̃ petiit vt exaudiret. hoc ẽ in oi eo qd petiit volũtate rõnis siue rõne absoluta. Vñ rõnes que ad primã partẽ inducuntur verum cõcludũt. Cõcedendũ ẽ nihilominꝰ ꝙ non in omni eo qd petiit volũtate carnis vl' pietatis fuit exauditus, sicut rões ad scdam ptẽ inducte ostendunt. Non eñ petebat vt exaudiretur ſ vt nos erudiremur. sicut petiit calicẽ a se trãsferri. et suis crucifixoribus cõdonari. vnũ ex volũtate carnis ad ostensionẽ nature assumpte, alterũ ad ostẽsiões benignitatis ⁊ mi
57 sericordie. Ad illud tñ qd obi. de aucte ps. dõm ꝙ hoc di. de capite rõne mẽbrorũ. sicut glo. ibidẽ expo
58 nit. ⁊ m̃ta cõsilia reperiri ꝯsueuerũt in scriptura. Ad tres rões sequẽtes ptz rñsio ꝑ iã dicta. qꝛ non ferunt instantiã ꝓ quacunq; oione xp̃i. ſ ꝓ ea solum q̃ procedebat ex volũtate carnis et pietatis sicut patz aspicienti.

Questio.iij. f

Vtrũ illa oratio qua orauit in passione vt calix trãsferret a se fuit a rõne an a sẽsualitate. Et ꝙ a sensualitate videt aucte mgr̃i in lr̃a. ꝫm affectũ sensualitatis xp̃s mori noluit. nec obtinuit qd ꝫm illũ affectuz petiit. ergo vĩ ꝙ petitio illa ex volũtate sensualitatis ꝓcesserit. Itẽ hoc ipm ostendit ex ordine verborũ. cum dicit. Non sicut ego volo ſ sicut tu vis. aut hoc dicit rõe volũtatis sensualitatis. aut rõis. Quãtũ ad volũtatẽ rõis nõ dicit. qꝛ illa erat ꝑ oia diuine volũtati cõformis. ergo hoc dicit quãtũ ad volũtatẽ sensualitatis. Ex illa ergo volũtate ꝓcedebat postulatio oronis ꝓposite. Itẽ nullus sapiẽs orat vel petit cõtrariũ eiꝰ qd vult. ſ ratio volebat mori. ergo petitio de euasione mortis nõ erat petitio rõnis. et erat sensualitatis vel rationis. ergo sensualitatis. Item peccatũ ẽ appetere alicui qd est peccatũ appẽtere. ſ appetere nõ mori peccatum eẽt ipi volũtati rõnali. ergo si illud petiuisset. peccasset. ſ nõ peccauit. ergo non petiit. ergo petitio illa fuit a volũtate sensuali. Sz contra. oratio sic diffinit. orõ est ascensus mẽtis in deum. ſ sensualitatis nõ est orare. ergo predicta oratio nõ potuit eẽ sensualitatis. Itẽ alio mõ diffinit oratio. Oratio est piꝰ mẽtis affectꝰ in deũ directus. ſ sensualitas nõ hꝫ ferri in deũ. ergo quãtuz ad actum sensualitatis nõ cõsistit vsus orationis. Itẽ solius rationis ẽ conferre. Sz predicta oratio fuit cũ collatione quadã sicut patet cuz di. nõ sicut ego volo sed sicut tu. ergo nõ ꝓcessit a sensualitate ſ a ratione. Itẽ solius rationis ẽ futura ꝑcognoscere. ſ oratio illa qua petebat calix futurus transferri. erat ex futurorũ ꝑcognitione. ergo nõ erat sensualitatis
ſ rõnis. R. dõ. ꝙ de ꝑdicta orone ẽ loqui dupplici 39
ter. aut quãtũ ad materiã aut q̃tũ ad formã. Si loq̃mur de ipa quãtũ ad materiã. cũ materia oronis respiciat desideriũ petentis. talis petitio fuit petitio sẽsualitatis tm̃. cuius desideriũ erat ad nõ moriendũ. Si aũt loquamur de ꝑdicta oroe quãtũ ad formã. sic cũ forma petitõis respiciat discretõz ꝓponẽtis. et tal' modus ꝓponẽdi fit a discretiõe rõnis. concedẽdũ ẽ ꝙ talis oratio fuerit volũtatis rõnalis. Et ꝑ hoc ptz rñsio ad qões ꝓpositã ⁊ etiã ad obiecta. Ad qões ꝓpositã. qꝛ nõ ẽ simpliciter cõcedẽduz ꝙ talis oratõ fuerit simpl'r rõis vel simpl'r sensualitatis. ſ quodã mõ huiꝰ. quodã mõ illius. Sẽsualitatis q̃tũ ad materiã. ſ rõnis quãtum ad formã. Itẽ sẽsualitatis vt mouẽtis. ſ rõis vt ꝑmanẽtis. Item sensualitatis vt ꝓ quo. ſ rõis vt a quo. Vñ bene et recte cõsueuit dici ꝙ ratio fuerit aduocatrix sensualitatis. et ꝫm hoc dissolui pñt rões ad vtrãq; ptem. q̃ ꝓcedunt his
duabꝰ vijs sicut patz aspiciẽti. Sz tũc restat qõ. cũ rõ 40
sciret sẽsualitatẽ in hac petitiõe nec exaudiẽdã nec dignã exaudiri. vtpote qꝛ petebat cõtrariũ dei ꝓposito. quõ hãc petitõz ꝓposuit et ꝓ ea allegauit. Et dicẽdũ ẽ ad hoc ꝙ hꝰ fuit rõ triplex. Pria ad mãifestatõez veritatis nature assumpte. que naturaliter resistabat passionẽ. et in hoc erudiuit nr̃am fidem. Scda vo ad cõfirmãdã nr̃az ĩbecillitatẽ. vt ñ diffidamꝰ. si passionũ ꝑicula exhorremꝰ. et in hoc erexit nostram spez. Tertio. vt ostẽderet volũtatẽ nr̃az diuie volũtati eẽ ꝑ oia subijciendũ. qd ostẽdit in cõditõe apposita. nõ sicut ego volo sed sicut tu. ⁊ in hoc ordinauit charitatem nr̃az in nobis. q̃ affectũ nr̃m diuie volũtati ꝑ oia conatur subijcere. vñ magis orauit in illa oroe ꝓ nobis ꝙ̃ oraret ꝓ se. Et attẽdẽdũ ẽ ꝙ oratio illa i petitione illa seruauit formã prudẽtis et fidelis aduocati qui desiderium sensualitatis proponit. seruata tñ forma iuris. Dictat enim ius diuinũ ꝙ omnis appetitus debet eẽ deo subiectꝰ. et ꝑ hoc patet ꝺterminatõ obiectorũ. pz etiã ꝑdicte oõis finis ⁊ vtilitas.

Distinctio.xviij. Quõ verbi seu xp̃i incarnatio ordinat ad nr̃az redẽptionẽ quãtũ ad vsum voluntatis ꝓut respicit exercitium merendi.

DE merito etiã xp̃i ꝓtermittẽdũ nõ ẽ ꝛc. Supra egit mgr̃ de volũtate xp̃i. In hac pte agit de vsu volũtatis q̃ consistit in exercicio merendi. Diuidit aũt ps ista in duas ptes. In quarũ prima agit de merito christi in se. In scda vero agit de ipo ad nr̃az vtilitatẽ ordinato. ibi. Ad quid ergo voluit pati ⁊ mori. ꝛc. Pria pars diuidit in quatuor ptes ꝫm quatuor qões quas determiat. In pma determiat mgr̃ cui meruit pncipalit. ostẽdẽs ꝙ aliqd meruit sibi. In scda determiat qñ mereri incepit. ostẽdẽs ꝙ ab instãti cõceptionis. ibi. Nec hoc solum meruit ꝛc. In tercia vo determiat q̃d meruit. ostẽdens ꝙ nõ tm̃ gloriã ipassibilitatis. ſ etiã exaltatõz nõis. ibi. nec tm̃ glaz ipassibilitatis ꝛc. In q̃rta vo determiat q̃ necessitate ista meruit. ibi. Si vero q̃rit vtrũ ꝛc. Scda vero ps pncipalis diuidit in duas ptes. In q̃rũ pma ꝓpoit efficaciã meriti xp̃i respectu nr̃i. In scda vo m̃tiplici aucte ꝯfirmat. ibi. Sz quõ ꝑ mortẽ nos a dyabolo redemit ꝛc. Subdiuisiones ptiũ manifeste sunt in littera.

XVIII

Determinat cui xp̃us pncipal'r meruit. An sibi aut nobis. et quid sibi et quid nobis. a

Xp̃us meruit mẽbris. ⁊ quid. Meruit sibi et quid.

DE merito etiã xp̃i ꝓtermittendũ nõ ẽ. de quo quidã dicere solẽt. ꝙ nõ sibi ſ mẽbris tm̃ meruerit. Meruit q̃dẽ mẽbris redẽptionẽ. a dyabolo. a peccato. a pena. ⁊ regni reserationẽ. vt amota ignea romphea libere pateret introitꝰ. Sz et sibi meruit ipassibilitatis et imortalitatis gloriam sicut ait apl's. Christꝰ factus ẽ ꝓ nobis obediẽs vsq; ad mortẽ. mortem aũt crucis. ꝓpter qd et deꝰ exaltauit illũ. et dedit illi nomẽ qd ẽ sup oẽ nomẽ. (Phil. ij.) Aperte dicit apl's xp̃m ꝓpterea exaltatũ ꝑ ipassibilitatis gloriã. qꝛ ẽ hũiliatus ꝑ passionis obediẽtiã. Hũilitas ergo passiõis. meritũ fuit exaltatiõis. et exaltatio pmiũ hũilitatis. (Aug.) Vñ Aug. exponẽs pmissũ caplm ait. Vt xp̃s resurrectione clarificaret. priꝰ hũiliatus ẽ passiõe. hũilitas claritatis ẽ meritũ. claritas hũilitatis ẽ premiũ. Sz hoc totũ factũ ẽ i forma serui. In forma eñ di semꝑ fuit et erit claritas. (Amb.) Itẽ Amb. idẽ caplm tractãs. ait. Quid ⁊ quãtum hũilitas mereat hic ostẽditur. His testimõijs euidẽs fit ꝙ xp̃s ꝑ hũilitatez et obediẽtiã passionis. meruit clarificationẽ corporis. nec id solũ. sꝫ etiã ipassibilitatẽ aie. Aia eñ ipius aũ mortẽ erat passibilis. sicut caro mortalis. sꝫ pꝰ mortẽ merito hũilitatis et aia ipassibilis facta ẽ. ⁊ caro imortalis. (Qꝛ ania xp̃i sit facta ipassibil'.) Vtrũ aũt aia sit facta ipassibilis qñ caro facta ẽ imortalis. s. ipo resurrectiõis momẽto: de autoritate nobis certũ nõ ẽ. Sz vel mox post carnis sepationẽ aia ipassibilitate donata ẽ. aut in resurrectiõe qñ caro refloruit.

Determiat qñ mereri incepit ostẽdẽs ꝙ ab initio ꝯceptiõis. b

Nec hoc solũ meruit xp̃s qñ patri obediẽs crucẽ subijt. sed etiã ab ipa ꝯceptione ex quo hõ factus ẽ ꝑ charitatẽ et iusticiã et alias virtutes in q̃rũ plenitudine fuit ꝫm hõiez cõditus sibi tãtũ meruit quãtũ pꝰ martirij tolerantiaz. Tãta eñ plenitudo spũaliũ carismatũ in eo fuit. ꝙ in eis ꝓficere nõ potuit. et ideo melior ipius aia fieri nõ potuit ꝙ̃ ab initio sue cõditiõis extitit. qꝛ ꝓficere in meritis nõ valuit. (Greg.) Vt eñ Greg. ait. Nõ habuit oino xp̃s iuxta aie meritũ quo potuisset proficere. In mẽbris aũt q̃ nos sumus quotidie proficit. Nõ ergo plus meruit sibi ꝑ crucis patibulũ. ꝙ̃ a cõceptione meruit per gratiã virtutũ. Non ergo ꝓfecit ꝫm anime meritũ q̃tum ad virtutẽ meriti. profecit tñ quantuz ad numerũ meritorũ. Plura eñ habuit merita in passione ꝙ̃ in conceptiõe. sed maioris virtutis non extiterunt in merẽdo plura. ꝙ̃ ante fuerant pauciora. [a] Meruit ergo a conceptione nõ modo gloriã impassibilitatis ⁊ immortalitatis corporis. sed etiaz impassibilitatẽ anime. Per quid? per obediẽtiam et voluntatẽ perfectã quã nõ tunc primo habuit. nec maiorẽ cũ pati cepit et mori. Obediẽs eñ perfecte ⁊ bonꝰ extitit ꝫm hominẽ ex quo fuit homo. habuit ergo aia illa aliqd bonum in se post mortẽ qd nõ habuit ante. non ergo beatior vel melior fuit ꝙ̃ ante. Absit ꝙ melior fuerit. quia non sanctior. nec gratia cumulatior. Nec etiam beatior fuit in dei contẽplatione in quo precipue beatitudo consistit. Potest tñ dici in hoc beatior fuisse. qꝛ ab oi miseria immũis. Ex quo nequit inferri simpliciter ꝙ beatior fuerit.

Determinat quid meruit ostẽdens ꝙ non tm̃ gloriã ipassibilitatis. sꝫ etiã exaltationẽ nõis. c

Nec tm̃ gloriã ipassibilitatis et imortalitatis meruit.

a Meruit ergo a cõceptione non mõ gloriã ꝛc. Cõtra. qꝛ vbi vnũ propter alterũ. ibi vnũ tm̃. ſ imortalitas non ẽ in corpe nisi per aiaz sicut nec vita. Passibilitas etiã non ẽ in aia nisi per corpus. cũ aia sit substãtia incorpal'. restat ergo ꝙ idẽ est oino mereri ipassibilitatez corporis et ipassibilitatẽ aie. Preterea corpore existente impassibili necesse ẽ aiam esse impassibilẽ. ergo nõ vĩ ꝙ ipassibilitas corporis debeat cõnumerari ipassibilitati aie. Iuxta hoc queritur. Cui ꝑ prius inest impassibilitas. et ꝙ carni videt. 1
qꝛ impassibilitas ẽ dos corporis. Qꝛ aũt aie vĩ. qꝛ gloria ẽ ꝑ influẽtiã aie in carnẽ. R. dõm. ꝙ in aia passibili duplex est genus passionũ. Vnũ qd patit in se ꝑ affectiones. Aliud quo cõpatit corpori ꝓpter corporis lesiones. Ad hoc aũt ꝙ aia efficiat ꝑfecte ipassibilis necessariũ ẽ ꝙ ab vtraq; passione efficiat ꝑfecte immunis. et ita duplex ipassibilitas reperitur in aia. Vna que ẽ ꝓprie ipius aie. Altera quã cõicat cũ corpe. et istas du
as intendit magister in lr̃a cõnumerare. Et sic patet rñsio ad primo quesitũ. Ad illud vero qd querit scdo. 2

cui p prius insit passi-
bilitas. dicedū q p prius
inest aie sicut et passibi
litas quantum ad causaz
primā. vtpote in hoie
primo in quo p corru-
ptionē aie facta ē cor-
ruptio corpis. quāuis
i alijs aia efficiat pas-
sibilis ppt cōiunctio-
nē sui cū carne corrup
ta. Ecōtrario vero est
gloria ipassibilitatis.
q quidem ē a superio-
ri. et magis inest cor-
pori ratione anime q
econuerso. Qd g obij
cit q impassibilitas ē
dos corporis. dicedū q
dos corporis ē s non
sic precise est corpis q
non sit anie. dicitur tn̄
magis dos corpis qa
aia hz dotes fm se mlto excelletiores. b

§ Meruit sibi donari
nomē qd ē super omē
nomen. Hoc vr eē fal
sum. qz nomē illud qd
ē sup oē nomē hūit ab
eterno. Si tu dicas q
meruit istius nōis ma
nifestationē in hūana
natura. Hoc vr eē fal-
sum: qz demōes i euā-
gelio frequenter dice-
bant ipm eē filiū dei si
cut colligitur ex mul-
tis locis. g iam nomē
ei9 ante passionē erat
manifestatū ¶ Itē in
lege pmissus erat fili

sed etiam[b] meruit sibi donari nomē qd est super oē no
men. scz honorificentiā qd vocat deus. hoc tn̄ añ mor
tē habuit. Habuit em̄ hoc nomē dei filius inquātū de
us est ab eterno p naturā. inquātū hō factus est habu
it ex tēpore per gratiā. Verūtamē. Aug. dicit homini
donatū eē illud nomē nō do. qz illud nomē habuit cū
in forma dei tn̄ erat. Sz cū dicit ppter qd illū exalta
uit et donauit illi nomē qd ē sup oē nomē. satis appa-
ret ppter quid exaltauerit. id ē ppter obedientiā et in
qua forma exaltatus sit. In qua eniz forma crucifix9
est. in ea exaltatus ē. in ea donatū ē ei nomē. vt cū ipa
forma serui nominet vnigenit9 fili9 dei. hoc illi dona-
tum ē vt homi. qd iā habebat idē ipe deus. hoc ergo
p gratiā accepit vt ipe ens hō vt subsistēs in forma ser
ui. i. in anima et carne nominet et sit deus. Sed nun/
qd hoc meruit? Supra em̄ dictuz est. qz hoc tantū bo
nū homo ille nō meruit. quomō ergo hic dicit ppter
obedientiā donatū est ei hoc nomē. Scdm tropū illū
in scriptura creberrimū hoc capiendū ē. quo dicit res
fieri qn̄ innotescit. Post resurrectionē vero qd añ erat
in euidēti positū ē. vt scirēt hoīes et demōes. Māife/
stationē g illi9 nōis donauit ei de9 p9 resurrectionē. s
illā meruit p obediētiā passiōis. q eo q obediuit pati-
endo. exaltatus ē resurgēdo. et per hoc manifestū est
nomē. Hoc eodē tropo vsus ē etiā p9 resurrectionē di
cēs. data ē mihi oīs ptās in celo et in terra. nō q tunc
primo accepit. s quā añ hēbat. tūc māifestata ē ptās.
Ceterū Amb. dicit. Nomē illud donatū eē deo nō ho
mi. et vr secus verboꝝ supficiez opposit9 Aug. sz in-
telligētia nō obuiat. licet diuersuz sapiat. Nā ambro.
de naturali donatōe id dictū intelligit. qua eternalit
pater generādo dedit filio nomē qd ē sup oē nomē. s.
eē deū p naturā. qz genuit ab eterno filiū plenū et sibi
eqlē dū. Qd tamē nomē apl's ppt passiōis obediētiā
xpo donatū dicit. Sz pmisso locutōis mō accipiēduz
est.

b

Aug. in li. cōtra Maximinum.

¶ Qr nomen illi datum ē ho mini et nō deo.

Mat. xxviij

Ambro. q datū fuit do et nō homini.

us dei. sicut dicit Esa. ix. Vocabit admirabilis. cōsiliarius. de9 fortis. Itē. j. Cor. ij. Si cognouissent. dicit
glo. q maiores iudei sciuerūt q eēt christus. g vr q nomē eius añ passionē fuerit manifestatuz. Sed contra
hoc ē qd dicit. j. Cor. iij. Si cognouissent. nūq filiū dei crucifixissent. Et Ans. in li. cur deus hō dicit. q tātū
scel9 sicut ē filij dei occisio, nunq p pniaz expiassent. nisi ignorātia excusasset. R. dicedū q absq dubio xpus
p passionē suā meruit sui nōis clarificationē. Clarificatio aūt nōis ipius xpi in hoc cōsistit. q cōiter hoīes no
uerit illū qui in hūana natura apparebat eē filiū dei et redēptorē mundi. Ad illud vero qd obi q illud iā
notū erat. dicedū q ē noticia certa. et ē noticia p quādā cōiecturā. et xps ante passionē cognitus fuit habere no
mē qd ē super oē nomē noticia cōiecturali. s noticia certitudiali nō est cognitus nisi post passionē. et p hoc
dissolui possunt rōes et auctes ad vtrāq partē. Vel aliter. ē noticia vlis. et ē noticia pticularis. quāuis autē
xps eēt notus aliquib9 q eēt vere xps. tn̄ nō fuit vniuersaliter cognit9 vsq post passionē. Vel aliter. ē noticia
nōis duplex. quātū ad vocē et quātū ad iponēdi rōez. Quātū ad vocē cū cognoscitur q aliqs sic vocet. et sic
multi cognouerūt xpm vocari Iesuz añ passionē. s rōe qre sic vocaret vicz qz venerat saluare populū a pec
catis coꝝ. nō cognouerūt vsq post passionē. Et sic clarificatio nōis xpi ē manifestatio cognitionis habite de
christo. qua cognoscit eē dei filius. et xpus et iesus. et qdlibet istoꝝ ē nomē qd ē super oē nomē. Nā filius dei
nomiat psonā i vna natura. Christ9 āt et iesus nōiant psonā in duab9 naturis. s xps nōiat psonā in hūana
natura relata ad diuinā. qz xps dicit vnct9. Iesus āt nōiat psonā in diuina natura relatā ad hūanā. qz iesus
di saluator eē. et iō in nōie iesu xpi dz oē genu curuari sicut in nōie filij dei. Et per hoc pz rn̄sio ad questionē
ppositā. qz nomē filij dei tripliciter dicit clarificari fm eius triplex nomē. siue quātū ad certificationē. siue quā
tū ad diffusionē. siue quātū ad rōis nōiandi expressionē. ita q certificatio respicit noticiā nōis filij dī. diffusio
noticiā nōis xpi. expressio rōis nōiandi noticiā nōis iesu. Pz etiā rn̄sio ad obiecta. qz xpus fm hec tria nōia
fuit cognit9 qdā mō. fuit etiā qdā mō ignorat9. Scdz cū modū fm quē ignorat9 fuit. meruit nomē suū p pas
4 sionē clarificandum eē. ¶ In qua enim forma crucifixus ē. in ea exaltatus ē. Cōtra. qz exaltatio xpi est

Determinat qua necessitate ista meruit. d

Si do qrit vtrū xps illā imortalitatis et ipassibilita-
tis gloriā. et nomis dei manifestationē sine oi merito
habere potuerit? Sane dici pōt q hūanā naturā ita
gloriosaz suscipere potuit. sicut in resurrectiōe extitit.
Nomēq suū et aliter hoīb9 māifestare potuit. Sz hō
passibil' eē nō potuit sicut fuit. et ad illā gloriā sine me
rito peruenire. Potuit qdē puenire ad illā sine meri-
to passionis. qz potuit cōsūpta mortalitate imortalita
tis gloria vestiri. sed nō sine merito iusticie et charita
tis aliarūq virtutū. Nō em̄ xps hō eē potuit in quo
plenitudo vtutū et gratie nō fuit. nec vtutes ei inesse
potuerunt cilicio mortalitatis iuduto qn p eas mere-
retur. Habēs g has vtutes fm hoīez passibilē ac mor
talez. nō potuit nō mereri gloriā imortalitatis. Non
g potuit factus mortalis sine merito gloriā impassibi
litatis et imortalitatis ac māifestatōz dei nōis ɔsequi.
Potuit tn̄ hoc assequi sine merito passiōis. qz p passio
nē nil sibi meruit. qd nō añ p virtutes meruerit.

Propōit efficaciā meriti xpi respectu nr̄i. e

Ad qd g voluit pati et mori si ei virtutes ad merēdū
ille sufficiebant? Pro te. nō p se. Quō p me? vt ipi9
passio et mors tibi eēt forma et cā. Forma virtutis et
hūilitatis. cā glorie et libertatis. Forma deo vsq ad
mortē obediēdi. et cā tue libatōis ac beatitudis. Me/
ruit em̄ nobis p mortis ac passiōis tolerātiā qd p pce-
dētia nō meruerat. s. aditū padisi. et redēptionē a pec
cato. a pena. a dyabolo. et p mortē ei9 hoc adepti su-
mus. s. redēptionē. Ipe. n. moriendo factus ē hostia
nostre liberationis.

Qualit p mortē redemit nos et aditū regni aperuit.

Cōfirmat iam dicta autoritate mltiplici. f

Sz quō p mortē nos a dyabolo et a peccato redemit.
et aditū glorie aperuit? Decreuerat d9 in misterio vt
ait Amb. ppter primū peccatū nō intromitti hoīez in
padisuz. i. ad dei cōtēplationē nō admitti. nisi in vno
hoīe tāta existeret hūilitas que oīb9 suis pficere pos-
set. sicut in prio hoīe tāta fuit supbia que oīb9 suis no
cuit. Nō ē aūt inuēt9 iter hoīes aliqs quo id posset im
pleri nisi leo de tribu iuda q aperuit librū et soluit sig/
nacula. iplēdo in seloēz iusticiā. i. cōsūmatissimā humi
litatē qua maior eē nō pt. Nam alij hoīes debitores
erāt. et vix vnicuiq sua virtus sufficiebat et hūilitas.
Null9 g coꝝ hostiā poterat offerre sufficiētē reconcili
atiōi nr̄e. Sz xps hō sufficiēs et pfecta fuit hostia. qui
mlto āpli9 fuit hūiliat9 amaritudiez mortis gustādo.

d

ad equalitatē pr̄is sic
dicit in ps. Dixit dn̄s
do. meo se. ad dex. me
is. s nō ē eqlis pr̄i fm
formā serui. s fm for-
mā diuinitatis. g fm
eā exaltat9 fuit. Itez
ei cōpetit exaltatō cui
omē genu flectit. cele-
stiū. terrestriū. et infer
noꝝ. s hec ē diuina na
tura. ergo &c. Sed cō
tra. Eius est exaltari
cuius ē hūiliari. s diui
na natura nō pōt hu-
miliari sic dicit Ans.
in li. d icarnatōe vbi.
g nec exaltari. Prete-
rea. qd ē altissimū quō
pōt exaltari. si g diuia
natura ē hmōi. vr &c.
R. dicedū q sicut nōia
tio debet psone ratio
ne alicui9 nature. sic
et exaltatio. Sz atten
dēdū ē q exaltatio du
pliciter hz intelligi cir
ca xpm. aut fm rē. aut
fm nr̄az cognitionez.
Exaltatio xpi fm rem
ē sublimatio xpi d sta
tu pn̄tis vite ad dexte
rā patris. et hoc quidē
fuit in ascēsione. et hec
quidē exaltatio cōue-
nit ei fm hūanā natu
rā q fuit eleuata in ce
lum. et sic exaltari ad
dexterā pr̄is est subli-
mari ad potiora bona
patris. Alio mō ē exal
tatio fm nr̄am cogni-
tionē. et sic dr xps exal
tari i cordib9 nr̄is qn̄
credim9 eū equalē pa
tri. et sic exaltari ad dx
terā pr̄is. ē exaltari ad
equalitatē pr̄is. et hoc
mō exaltatio cōuenit
xpo fm eā naturā fm
quā hz equari ipi pr̄i.
Et fm hāc distinctio-
nē pz determiatio cō-

trouersie apparētis inter Aug. et Amb. patet etiā rn̄sio ad obiecta. Augu. em̄ loquit de exaltatiōe reali. et sic
currūt rōes ad scdaz ptē. Amb. de exaltatiōe fm cognitionē nr̄az. et sic currūt rōes ad primā ptē. d ¶ Nā 5
alij hoīes debitores erāt. et vix vnicuiq sua virt9 sufficiebat. Obi cōtra hoc p hoc qd dicit Ans. in li. cur de9
hō. Nullaten9 pōt hō magis honorē dare deo q cū se tradit morti ad illius honorē. Si g hūilitas quāto mag
debita tāto sūt min9 grata. vr q hoīes nō sūt debitores mortis. Itē qlibet ē debitor ois ei9 qd ē. et qd pt. qz
totū a deo accepit. g vr q nullus possit aliqd apd deū mereri nec moriēdo nec aliqd faciēdo. Itē xps debe
bat obedire patri. s pr̄ pcipiebat q debebat mori p salute hūani generis. g vr q xps eēt debitor mortis. R.
dicedū q ē debitū ex charitate. et ē debitū ex necessitate. Debitū ex charitate nō tollit pfectionē meriti. debitum
vero ex necessitate quodā mō diminuit. Qm̄ g oēs alij dbitores erāt mortis dbito necessitatis. que quidē p
uenit ex reatu et obligatiōe culpe. iō dicit mgr q nullus poterat deū placare. quis volūtarie pferēdo mortē
posset deo placere. Christ9 aūt qz sine debito mortis ptulit mortē. et placere potuit et placare. Placere. qz ex

q ille adam superbiit p esum ligni vetiti noxia delecta-
tõe pfruẽdo. Si g illi⁹ supbia oim extitit ruina.ipm õ
padiso mittẽs foras.aliisq3 accludẽs ianuã.multo ma
gis christi hũilitas quã p morte gustauit. ingressuz re
gni celestis oibus suis ipleto dei õcreto apire valuit.
atq3 decreti õlere cyrographũ. Ut eñ ait Amb. Tan
tũ fuit peccatũ nostrũ vt saluari non possem⁹ nisi vni
genit⁹ dei filius morerek ,p nobis õbitoribus mortis.
sed sic dignos nos fecit testamẽti et promisse heredita
tis. Qđ nõ ita ẽ intelligẽdũ qsi ñ alio mõ saluare nos
potuerit q p mortẽ suã .s qz per aliã hostiã nõ potuit
nobis aperiri regni adit⁹ et fieri sal⁹.nisi p mortẽ vni-
geniti.cui⁹ tãta fuit vt dictũ ẽ hũilitas et patiẽtia . vt
eius merito pateret credẽtibus in eũ adit⁹ regni. Ma
gna g in morte vnigeniti pstita sũt nobis vt liceat no
bis redire in patriã.sicut olim in morte summi põtifi-
cis.his qui ad ciuitatẽ refugii cõfugerãt secure ad ,p-
pria remeare. Ecce aliquaten⁹ oñsum ẽ qualiter p xpi
mortẽ aditus regni sit nobis paratus.

Ambrosius ad c Romanos.

bona voluntate.pla-
care deo qz pter neces-
sitatẽ. Ad illud vero
qđ primo obiicitur de
Ans.dđ q sicut patet
ex ipa serie text⁹ Ans.
loquik ibi de xpo. At-
tamen esto q illud de
aliis itelligak .nõ seq
tur ,ppter hoc q hõ ñ
sit debitor mortis. qa
põt hõ facere p bonaz
voluntatẽ õ necessita
te virtutẽ. Preterea ali
quis ẽ moriẽdi mod⁹
ad quẽ nõ sumus ne-
cessario obligati. Et p
hoc patet sequens . qz
debitum nõ tollit me-
ritũ simplr. s meritũ
illi⁹ perfecte placatio-
nis qua de⁹ recõcilia-
tus ẽ toti humano ge
neri. Ad illud qđ obi de obediẽtia.iã patet rñsio p ea q dicta sunt. c Saluari non possem⁹ nisi vnigeni
tus dei filius morerek ,p nobis debitoribus mortis. Contra.nullus debitor mortis ẽ dign⁹ vita.g si Abra-
am fuit debitor mortis.non g fuit dignus vita. Itẽ querik de qua morte intelligik.aut õ morte corpali .aut
de morte spirituali. Si de morte spirituali.falsum ẽ.qz viri iusti non sunt digni morte spirituali. Si de morte
corpali.aut naturali.aut violenta. De violenta nõ ẽ veruz.qz nõ oẽs debitores sumus talis mortis. Si õ na
turali.tũc vĩ q nihil facit ad ,ppositũ.qz mors illa natalis nõ ipedit meritũ .nec aliqs ab illa liberak p xpz.
6 oẽs eñ moriunk. R. dđm. q mors dicik multipliciter. Est enim mors separatio anime a corpe.et est mors
separatio a deo per peccatum.et est mors separatio anime a visione dei in ppetuuz . et ẽ mors separatio anime a
visione dei ad tps. Cum g dicit Amb. q xpus mortuus est ,p debitoribus mortis.accipitur mors pmo mõ z
quarto modo. Omnes enim sumus debitores mortis primo modo.et omnes debitores erant mortis quar
to modo.et nos ipsi debitores essemus nisi precium solutum esset. Et per hoc patet responsio ad ea que obii
ciuntur.quia debitum talis mortis non opponitur dignitati vite eterne. Patet etiam cuius mortis sumus
7 debitores. Et si obiicitur q mors naturalis non tollit perfectionem meriti . Dicendum sicut prius dictum
fuit q non tollit perfectionem cuiuscunq3 meriti.sed meriti perfecte satisfactionis pro salute generis hũani.

Ad intelligentiã huius ptis in qua agitur de
merito xpi incidit hic questio circa duo . Pri-
mo queritur de ipsius merito quãtũ ad vsum siue ex
ercitiuz . Scđo vero quãtũ ad premiũ siue fructum.
Circa primũ querunk tria. Primo vtrũ xpus meruc
rit ab instãti conceptiõis. Scđo queritur vtrũ aliqd
meruerit post cõceptionẽ. Tercio queritur vtrũ ali
quid meruerit in passione.

Questio .j. a

Utrũ xps meruerit ab instãti conceptionis. Et q sic
vĩ. Hiere.xxxj. Nouuz faciet dñs sup terrã . mulier
circundabit virũ.vĩ g q xps fuerit vir ab instãti con
ceptionis. Sz constat q non fuit vir qtũ ad etatẽ.g
fuit vir quãtũ ad animi vigorẽ.hũit g quãtũ ad aiaz
virtutẽ et opationẽ viri pfecti.s hec consistit in merẽ
do.g xps meruit a sue conceptiõis pmordio. Item
hocipm vĩ auctẽ Greg.et magistri in lra. Nõ solum
meruit xps qñ patri obediẽs crucẽ subiit . sed ab ipa
conceptione ex quo hõ factus ẽ. Et hocipm põt dici
ab auctẽ Greg. pñte. Itẽ xps ab instãti conceptio
nis sue fuit beatus.s beatitudo ẽ habit⁹ in actu . g a
primo instãti cõceptõis sue habuit actũ gloriosũ. sed
qua ratiõe p gloriã hũit actũ gloriosuz.eadẽ ratione
p gratiam habuit actũ virtuosuz. g vĩ q a pmordio
sue conceptiõis xps meruit. Itẽ lux ,ppter suam
nobilitatẽ et acuitatẽ in eodẽ instanti incipit esse et
lucere.g si anima xpi multo nobilior et potentior et
deiformior est.vĩ q in instãti eodẽ in quo cepit eẽ. ce
pit habere operationẽ sibi õbitã.s talis ẽ opatio me
ritoria.g zc. Itez sicut anime nrẽ se hñt ad meritũ.
ita aia xpi se hz ad meritũ.s aie nrẽ in ipo instanti in
fusionis hñt reatũ culpe originalis. g aia christi a p-
mo instãti conceptiõis et infusiõis hũit meritũ ṽtu-
tis. Sz contra.prius ẽ eẽ q agere. si g mereri ẽ age-
re.aia xpi prius habuit eẽ cõpletũ qz hũit meriti vsũ.
g nõ meruit a primordio conceptiõis. Itez oẽ qđ
exit ab ocio in actũ.prius quiescit qz agat . et oẽ tale
prius est q operetur.sed anima christi incepit mere-
ri.ergo de non operante facta est operãs.ergo in me
rendo exiuit ab ocio in actum.ergo prius quieuit . g
non meruit ab instanti conceptionis. Item meri
tum est a voluntate deliberatiua inquantũ delibera
tiua est. Sed vbi est õliberatio ibi est collatio. vbi ãt
hec est.ibi est temporis successio.g nõ videtur q me-
ritum christi potuerit esse a sue conceptionis princi-
pio. Item angelus non peccauit a primo instanti
sue creationis.et tñ ita cito vsum liberi arbi. habuit
sicut aliqua anima rationalis.cũ creat⁹ esset in cogni
tionis perfectione.g pari ratiõe videk q nec anima
christi ab instanti conceptiõis mereri potuerit. Itẽ
omne illud quod anima christi habuit a primordio
conceptionis sue.habuit ab alio.sed meritum ortuz

habuit a li.ar.gratia informato.ergo non videtur q
vsum meriti habuit ab ipso cõceptionis primordio.
8 R.ad predictoꝝ intelligentiam est notandũ q ad
perfectionem meriti duo concurrunt.vicz ipse habi-
tus gratuitus.et ipsius habitus actus vel vsus. Si g
loquamur de merito quãtũ ad habitũ qui reddit ha
bentem dignum pmio.sic absq3 dubio concedẽdũ ẽ
q a principio sue conceptionis xps meruit .quia om
ni bono et premio dignus fuit ,ppter plenitudinem
gratie quam deus anime sue contulit et infudit . et
ab hoc non discordat aliquis doctor catholicus. Si
autem fiat sermo õ merito quantũ ad virtutis actũ
siue vsum.in quo proprie attenditur completa racio
merẽdi .sic est duplex modus dicendi. Unus q chri
stus meruit statim post principium conceptiõis .nõ
autem in ipo primo instanti.et ratio huius est . quia
operatio debet sequi esse substantie.ideo necesse fuit
animã xpi prius esse q agere.precipue eo actiõis ge-
nere quod spectat ad vsum voluntatis õliberatiue.
talis autem ẽ actus meritorius. et ideo si dicatur ali
cubi xpm a primordio sue conceptiõis meruisse . di-
cunt verum esse sm q anima dicit ordinem ad prin-
cipium extra sumptum nõ intra. Est z alius modus
dicendi q christus quãtũ ad virtutis vsum et actuz
meruit in ipso conceptionis pmordio.hoc eñ datuz
est ei per gratiã pfectissimã.vt in primo instanti in q
incepit eẽ non tm haberet habitũ virtutum. sed etiã
actum. vnde simul cepit esse et vsum cõprehensionis
habere.et anima xpi in eodem instanti habuit crea-
ri.et infundi.et gratia informari.et exire in actuz me
riti.qui quidẽ cõsistit in motu bone volũtatis. Uter
q3 tñ istorum modorum satis ẽ rõnabilis.sed prim⁹
facilior est et cõmunior.et sm istam viaz plana ẽ ad
obiecta respõsio. Nam q dicik xps ab instanti con-
ceptionis sue fuisse vir.et q dĩ ab instãti sue concep-
tionis meruisse.hoc dicitur quãtũ ad habituz.et hoc
innuit ipsum verbum Greg.cũ dicit. Non sibi xpus
plus meruit p crucis patibulũ.q ab ipsa conceptio-
ne p graz ṽtutũ. Notãdũ ẽ q dic p ṽtutũ graz nõ p
ṽtutũ vsũ. Hũit eñ graz a pncipio.ita q in ipo pnci
pio vsũ hũit a pncipio.ita q prio pncipium. Et si tu
obiicias õ beatitudine et de luce. Qui hoc tenent ge
neraliter respondent q in omni creatura esse prece-
dit operari tam in corporali. q in spirituali.tã in ac-
tu nature.q i actu gratie.q etiaz in actu glorie. Nec
obstat illud quod obiicitur õ merito anime. Anima
enim habet originalẽ peccatum in sua infusione per
modum habitus.non autem quantum ad actuz. Et
sic sm istam viam patz responsio ad omnia obiecta.
Si quis autem aliam viam teneret vicz q xps in p-
mo instanti sue pceptionis habuit vsum liberi arbi.
propter excellentissimũ gratie donum..et quantum
ad actum comprehensoris.satis faciliter poterit ad
9 obiecta in contrarium respondere. Ad illud ergo
quod primo obiicitur q prius est esse q agere. dđm.
q illud habet veritatem si intelligatur de prioritate
quantum ad ordinem nature. Si autez intelligatur
de prioritate quantum ad durationez nõ habet ve-
ritatem. sm q expresse dicit Augu.v.super Geñ . ad
litteram. vbi dicit q in luce corporali esse non prece
dit agere. Et in angelis de quib⁹ dicit. q in primo in
stanti creationis sue eas res cognouerunt.nõ simul
tñ cum eis in esse prodierunt. Et in.vj.de trini.ait. q
si ignis esset eternus.splendor ab igne egrediens eẽt
eternus. Et ideo satis rationabiliter potest dici q il-
lud non habet veritatem de ordine durationis sed
de ordine nature. Ad illud vero quod obiicik q 10
substantia q incipit agere exit ab ocio in actum.dđz.
q illud generaliter nõ habet veritatẽ nisi intelligak
de operatione sine qua substantia operãs potest eẽ.
de alia autem non habet veritatem pro eo q creatu
ra simul incepit esse et operari.nec incipit operari qz
exit ab initio in actum.sed quia exit a non esse in eẽ.
hoc modo potest intelligi in christo quantum ad ac-
tum gratie et virtutis. Ad illud quod obiicitur q 11
meritum est a voluntate deliberatiua. dđm. q quã-
uis sm processuz nature deliberatio indigeat succes
sione et tempore.tñ sm plenitudinem diuine gratie
et glorie possibile est ipi anime in instanti discerne-
re.quod alias non possit facere sine continuo et tem
pore.sic per deiformitatem glorie intellectus potest
simul plura intelligere.quãuis per naturam non in-
telligat nisi vnum solum simul z semel. Et quia ani-
ma christi erat in plenitudine gratie z glorie.hinc est
q non indigebat mora temporis ad discernendum
quid eligendum.quid vitandum.quid amãdum.qd
odiendum. Ad illud quod obi de angelo. dđm.q 12
non est simile. Non eñ poterat simul z semel cogno
scere plura.sm q anima xpi cum plenitudine gra-
tie. Preterea.peccatum dicit motum deordinatũ in
contrarium naturali rectitudini. sed meritum dicit
naturalis rectitudinis complementum. z licet nõ de-
cuerit aliquã substantiam creari cuz actu contrario
rectitudini naturali.decuit tñ creari in actu et cũ ac
tu consonante ipi nature et eam complẽte . maxime
illam in quo deus a primordio sue conditionis ple-
nissime habitauit.sicut fuit anima christi. Ad illud 13
quod obiicitur q illud qđ inest a primordio cõditio
nis inest aliunde.dđm.q si intelligatur illud precise.
ita q aia xpi se hẽat solũmõ p moduz suscipientis et
nullo mõ cooperãtis.nõ habuit ṽitatẽ . Potuit eñ
ipi aie dari vt cooperek deo statim cũ fuit. z ita q alĩ
qd haberet in se qđ nõ tñ eẽt aliũde verũ etiã a se. z
sic potuit esse in actu virtutis et exercitio meriti. Si
qs g velit sustinere hũc modũ dicendi . nõ vĩ multũ
deuiare a ,pbabilitate rõis.nec etiã a pietate fidei q
quãto plus põt ipi xpo gre et honoris attribuit.

Questio .ij. b

Utrũ xps aliqd meruit p⁹ cõceptionez. Et q sic vĩ.
Phil.ij. Hũiliauit semetipm vsq3 ad mortẽ. Et post.
,ppter qđ deus exaltauit illũ. zc. Sz hũilitas non est
cã exaltationis nisi p modum meriti.si g hec fuit p⁹
cõceptionẽ.g xps p⁹ cõceptionẽ aliqd meruit. Itẽ
Aug.tractãs illud verbũ pmissũ.hũilitas claritatis
ẽ meritũ.claritas hũilitatis ẽ premiũ. Si g hũiliatio
in xpo subsecuta fuit ipam conceptionẽ . necessario
etiã seqk q meruerit postq ocept⁹ fuerit. Itẽ in li.
õ regulis fidei mereri ita diffinitur. mereri apud de-
um dĩ.q nlla necessitate cõpulsus hoc facit qđ face-
re dz.s hoc fecit xps p⁹ suã conceptionẽ.g apđ deuz
meruit. Itẽ opa xpi fuerũt multo nobiliora q sũt
merita aliorum sanctoꝝ.si ergo opera aliorum san-
ctoꝝ sũt digna retributõe.vĩ q multo forti⁹ opa xpi.
g vĩ q xpus apud deum meruerit. Item si non
meruit apud deum postq concept⁹ fuit.ergo videk
q frustra deo seruiuit . et q frustra fecit quicquid

fecit post conceptionē. Si ergo hoc est impium dicere.
necesse ē deum post cōceptionem aliquid meruisse.
¶Sʒ cōtra. mereri ē facere op⁹ de genere laudabiliū.
ſ potentia determinata ad vnū tñ non bz laudem
in actu illius. sicut pz in in oībus potētijs naturali-
bus. ſ li. ar. xpi ab ipa cōceptiōe determiatū fuit ad
opus bonū. ergo nō potuit exire in op⁹ de genere lauda-
biliū. ergo nec in op⁹ meritoriū. Itē mereri ē op⁹ r̄mu-
neratione dignū. ſ li. ar. iā existēs in statu remunera-
tōis. iā nō facit opus vlterioꝛi remuneratōe dignū.
sicut patet in beatis. ſ tale fuit li. ar. xpi cū eēt i statu
cōpꝛehēsoꝛis. ergo vr̄ ꝙ p⁹ ꝯceptionē suā nihil oīno me-
reri potuerit. ¶Itē quicqd meretur ꝑficit in bonis
aīe. scʒ in grā et gloria. ſ xps nō potuit ꝑficere supra
illud qd accepit in conceptiōe. ergo nō vr̄ ꝙ post cōcep-
tionē mereri potuerit. ¶Itē quicūqʒ merer̄ aliqd de
nō suo facit suū p op⁹ et obsequiū. et de eo qd ē sibi
indebitū facit debitū. ſ xps nihil potuit facere d ide-
bito debitū. et de nō suo suū. oīa em̄ sua erāt p gratiā
conceptōis. sicut ipe testar̄. oīa tua mea sunt. ergo nō vr̄
ꝙ post conceptionem aliqd meruerit. Item eodez
modo se habz liberum arbitrium nunc vt prius. ſ li.
ar in xpo eodē mō se bz post conceptionē et p⁹ resur-
rectionē. et grā similiter. et hec duo sūt ꝑncipia merē-
di. Si ergo p⁹ resurrectionē n̄ meruit. ergo nec p⁹ cōceptio-
nē. Si tu dicas ꝙ aliter et aliter se bz quātū ē ex ꝑte
carnis. hoc nō soluit. qꝛ meritū nō respicit statū car-
nis ſ statū charitatis. ergo si xps p⁹ ꝯceptionē hūit cha-
ritatē patrie eq̄ nobilē et perfectā. sicut mō bz. nec est
eius charitas variata. si mō nō bz vsuʒ merēdi. vr̄ ꝙ
14 nec tunc habuerit. ¶R. ad predictoꝝ itelligētiā ē no-
tandū ꝙ mereri dr̄ tripliciter. Uno mō simplicit̄ abu-
siue. Alio mō partim ꝓprie et ptim iꝓpꝛie. Tercio
mō simplr̄ ꝓpꝛie. Simplr̄ abusiue dr̄ mereri q̄ facit
aliqd opus de genere bonoꝝ. tñ facit illud malo mō
id ē mala intētione. sicut ille qui dat elemosynā cum
murmure. talia em̄ opera aliqn̄ remunerant̄ a dō ex
imensa largitate. sicut innuit̄ de Nabuchodonosoꝛ.
Ille vero meretur partim ꝓpꝛie partiʒ abusiue. qui
facit op⁹ d genere bonoꝝ ⁊ bona itētiōe. verūtñ n̄ ex
charitate. sicut aliquis peccatoꝛ facit opa de genere
bonoꝝ. et ꝓpter deū. in quib⁹ de cōgruo se disponit
ad gratiā. Ille vero merer̄ simplr̄ ꝓpꝛie q̄ facit bo-
nū opus. et bona intētiōe. et ex charitate. Et ꝑmū q̄-
dē meritū dr̄ meritū iterp̄tatiuū. Scdm dr̄ meritū cō-
grui. Terciū dr̄ meritū cōdigni. Cū ergo querit̄ an xps
meruit. nō querit̄ de ꝑmo et scdo mō. ſ q̄rit̄ de ter-
15 cio. Ad h̄ ergo r̄ndēdū ꝙ mereri ex cōdigno trib⁹ mo-
dis cōtingit. Uno mō mereri ē ex indebito facere de-
bitū. sicut merer̄ q̄s in gratie infusione et motu libe.
arbi. Alio mō mereri ē de debito facere magis debi-
tū. sicut cōtingit de ꝑfectu in ꝑfectū. d virtute in vir-
tutē. Tercio mō mereri ē d dbito vno mō. facere de-
bitū alio mō. d debito p habitū. facere dbitū p vsuʒ.
et de debito p vnū actū. facere debitū p aliū eque bo-
nū. Oibus his modis xps meruit nob. Meruit em̄
nobis grē infusionē. meruit et gratie ꝓmotionē. me-
ruit et bonoꝝ opeꝝ multiplicationē. sibi aūt nō me-
ruit nisi tercio mō tñ p⁹ cōceptionē. Ipe em̄ nō po-
tuit facere sibi de indebito debitū. cū oī bono eēt dig-
nus. Nō potuit facere de debito magis debitū. cum
oī gratia ab ipa cōceptiōe eēt plenus. Sʒ qd erat de-
bitū vno mō. fecit debitū plurib⁹ modis. et ita meru-
it ſm terciū modū dicendi meritū soliū. nō ꝓpter im-
perfectionē a ꝑte meriti. ſ ꝓpter imꝑfectionē a par-
te merentis. Et hoc ē qd dicit̄ in lr̄a. Nō ꝑfecit xps
ſm meritū quātū ad virtutē meriti. ꝑfecit tñ quātū
ad numerū meritoꝝ. Plura em̄ hūit merita i passio-
ne ꝙ in cōceptiōe. Cōcedēde sūt ergo rōes oñdētes xpz
p⁹ conceptionē vsū ⁊ exercitiū meriti habuisse. Ad 16
illud qd opponit̄ ꝙ potētia determinata ad vnū. nō
facit opus de genere laudabiliū. dōm. ꝙ determiatō
potentie ad vnū pōt eē dupliciter. vicʒ p necessitatē
nature. et p cōfirmationē gratie. Si sit p necessitatē
nature. tūc tollit arbitrij libertatē. ac p hoc tollit dig-
nitatē meriti. Si aūt sit determiatio meriti p confir-
mationē gratie. cū talis cōfirmatio simul stet cū libe-
ra volūtate. sic nō tollit ab ipo ope bonitatē moris.
cū sit volūtariū. ac p hoc nec q̄litatez meriti. In xpo
aūt fuit libeꝝ ar. determinatū ad vnū. nō p necessita-
tē nature. ſ p confirmationē gratie. Ad illd qd obi̇ 17
ꝙ habēs mun⁹ glorie nō facit op⁹ remunerabile. dd.
ꝙ illd veꝝ ē quādo aliquis ē simplr̄ in statu patrie.
cū aūt nō tñ ē in statu cōpꝛehēsoꝛis. verū etiā in sta-
tu viatoꝛis. tūc op⁹ ei⁹ esse pōt remunerabile ꝓpter
statum vie. et sic ē repire in xpo ſm diuinā dispensa-
tionē. Naʒ sicut aia xpi ꝓpter cōiūctionē sui cū diui-
nitate hz statū patrie. sic ꝓpter cōiūctionē sui cū car-
ne bz statū vie et miserie ꝓ illo tpe. Et iō sicut pōt eē
in statu viatoꝛis simul et cōpꝛehēsoꝛis. sic habuit glo-
riā ad cōpꝛehēdēduʒ. ⁊ gratiā ad merēdū. Et ē sile d
angelis in quibus ponim⁹ vim admīstratiuā et con-
tēplatiuā. ſm quarū vnā merent̄. et ſm alterā fruun-
tur et pꝛemiātur. ¶Ad illud qd obi̇ ꝙ quicūqʒ me- 18
rer̄ merēdo ꝑficit. dd. ꝙ ꝑficere est duobus modis.
vel in merito habitus. vel in multitudine actuū. Uel
per alia verba. ē ꝑficere quātū ad virtutē merēdi. et
quātū ad numeꝝ meritoꝝ. Primo mō accipiēdo ꝑ-
fectum. nō cōpetit tercio mō dicendi meritū. ſm qz
terciū modū dicit̄ meruisse xps. Alio mō accipiendo
ꝑfectuz cōpetit sibi sicut patet p supꝛa habitā distin-
ctionē. Ad illud qd obi̇ ꝙ mereri ē facere de inde- 19
bito debitū. dōm. ꝙ illud ē verum quātū ad aliquez
modū merēdi. ſ nō quātum ad oēs sicut prius dictū
ē. et iō non bz locū in ꝓposito. ¶Ad illud qd obi̇ ꝙ 20
libe. arbi. eodē modo se habet nunc et prius. dōm. ꝙ
verū ē p cōparationē ad superi⁹. scʒ ad deū. nō tñ ē
verū p compatiōnē ad inferi⁹ scʒ ad carnē passibilē.
ex cuius cōiūctione tam li. ar. ꝙ gratia ipm ꝑficiens
habet ꝑtinere ad statū vie. Unū nō valz illud qd obij-
cit de carne qd nō ē ꝑncipiū merēdi. hoc em̄ verū est
p se loquēdo. facit tñ ad meritū dū facit ad statū me-
riti. sicut patet in cōiūctiōe aīe ad carnē et eius sepa-
ratione. Anima em̄ nr̄a statim dū a carne separ̄. am-
plius nō habet merendi vel demerendi statum.

Questio .iij. c

Utrum xps aliquid meruit in passione. Et ꝙ sic vr̄
primo p textū apl̄i. humiliauit semetipz vsqʒ ad moꝛ-
tem. ꝓpter qd et deus exaltauit illū ⁊c. qd verbū tra-
ctans mgr̄ dicit aperte. Dicit apl̄us ꝓpterea xpm ex-
altatum per impassibilitatis gloriā. qꝛ ē humiliatus
p passionis obedientiā. ergo meruit in passiōe. ¶Itē
Aug. exponēs verbum pꝛedictū. vt chꝛistus clarifice-
tur in resurrectione. prius humiliatus ē in passione.
vr̄ ergo ꝙ p meritū passionis. ꝑuenerit ad gloriā resur-
rectionis. ¶Itē nihil est magis meritoꝛium ꝙ opus
patientie. ꝓpter qd dicit̄ Iaco. j. patiētia opus per-
fectū habet. Sed patiētia cōsistit in tolerantia passio-
nū. ergo videtur ꝙ xps in passiōe multū meruerit. Itē
Deponēs est virtus diuina. Unde vero deponit est
caro assūpta. Uoluit em̄ xps aiam suā separi nō a se
sed a carne sua. ⁊ sicut dictū est d depositōe. ita intel
ligēdum est de resūptōe. ¶ Ad illud quod obijcitur
6 de ydeomatum cōmunicatōe. dōm q vnio fac̄ ydeo
mata cōmunicari non ptibus rei vnibilis. sz magis
ipi rei nāe q nominat totā nām vt in supposito. vn
de ydeomata filij dei non cōmunicātur ipi aie. s cō
municāt̃ ipi homini. ⁊ qm̄ anima vnitur ipi verbo vt
pars hūane nāe. ideo non oportet ipi ydeomata cō
municari. ¶ Ad illud quod obijcit̃ q illa diuidūtur
7 in morte que piūcta sunt in natiuitate. dōm q ē con
iūctio naturalis. ⁊ est coniūctio supnālis. Qū ergo di
cit̃ q ipa in morte diuidūtur que in natiuitate cōiū
cta sūt. hoc intelligit̃ de nāli vnione. Unio aūt diui
nitatis ad aiam non erat nālis sed supnālis. ⁊ ideo
de vnione illa verbū illud non habet intelligi. ¶ Ad 8
illud quod obijcit̃ q remota est delectatio in morte
ab anima. dōz q sicut lux pt dupliciter obfuscari. vel
in se vel in sua irradiatōe. sic ⁊ delectatio pt duplicit̃
remoueri ab anima rōnali. Aut quia ipa desinit i se
delectari. aut desinit in se redūdare in ptem inferio
rez. Cū ergo dicitur q delectatio diuinitatis remota fu
it in morte ab anima xpi. hoc non intelligit̃ ea rōne
q mens eius desineret frui diuinitate. sed q dispēsa
tiue sbtracta fuit redundātia in ptem sensibilē. ⁊ ex
posita fuit passioni acerbissime. Propter qd clamat
in passione. Deus de⁹ me⁹ vt quid dereliquisti me.
qd non intelligit̃ q dereliquit soluendo vinculum
vnionis. s exponēdo ad suppliciū passionis.

Questio. ij. b

Utruz in morte xpi diuinitas sit sepata a carne: Et
q sic videt̃. Soluto medio soluūtur extrema. sz ver
bū vnitur carni mediāte intellectu sicut dicit dam̄. ⁊
habitū est supra dist. ij. Si ergo in morte sepata fuit aia
a carne. restat q etiam diuinitas sepata fuit ab ea
dem. ¶ Item destructo priori destruit̃ ⁊ posterius.
sz vnio carnis ad aiaz prior est nāliter q̄ sit vnio car
nis ad diuinitatem. quia prima est nālis. scda gratui
ta. ⁊ nā prior est q̄ gratia. ergo soluta vnione anime ad
carnēm. necesse est solui vnitatez carnis ad deitatē.
¶ Item diuinitas non est vnibilis nāe insensibili et
irrationali. Sed caro post sepatiōem anime est fctā
insensibilis. ergo non videt̃ fuisse ydonea tunc vt vnire
tur diuinitati. videt̃ ergo q in morte vnio illa fuerit so
luta q̄ erat diuinitatis ad carnē assūptam. ¶ Item
omīs vnio terminat̃ ad aliquod vnū. Si ergo caro erat
vnita deitati. Aut ergo ista vnio faciebat vnum in nā.
aut vnū in persona. In natura non hoc constat. In
psona non vt videtur. quia non est dicere q fili⁹ est
persona carnis. ergo non videt̃ q aliquo genere vnio
nis in morte diuinitas fuerit vnita carni. ¶ Sed ptra.
leo papa. tanta est vnio dei ⁊ hominis. vt nec suppli
cio posset dirimi. nec morte distingui. sed de integri
tate hūane nā est nō tm̄ aia verū etiā caro. ergo in mor
te n̄ fuit sepata caro a verbo. Hoc ipm dicit Aug. p
felicianū. cuius auctas habet̃ in litera. ¶ Itē rōne vi
det̃. Xps in triduo dicit̃ iacuisse in sepulcro. sed hoc
nō dicit̃ nisi rōne carnis piūcte. ergo in triduo caro fuit
piūcta diuinitati. ¶ Itē qñcūq; aliqua duo vnita se
pantur. aut elōgātur fm dissimilitudinē. aut fm pri
uatōez. sed caro xpi nō fuit elōgata a verbo fm dissi
militudinē. talis em̄ elōgatio est peccati. nec fuit elō
gata fm puatōem. qz verbū dei est vbiq;. ergo non fuit
soluta vnio diuinitatis ad carnē. ¶ Itē nihil vnitū
carni per passionem sepabatur a carne. quod nō pa
teretur carne patiente. sed diuinitas patiente carne
non patiebatur. ergo per passionem ⁊ mortez ab ea
non separabat̃. ¶ R. dō q in morte xpi nō fuit diui 9
nitas separata a carne. Et huius ratio triplex est. vi
delicet. liberalitas a parte assumētis. dignitas a par
te assūptibil. vtilitas ex parte assūptionis. Liberali
tas inq̄ ex parte assumētis. quia cum deus det ali
quod donum. non sbtrahit illud sine culpa. si ergo nul
la culpa interuenit. non decuit diuinam liberalitatē
carnē quā sibi liberaliter vnierat separi a se. Digni
tas etiā ex pte assūptib. l fuit in eā q̄re ista vnio non
debuit separi. Caro em̄ nō debuit vidē corruptionē.
fm illud quod dicit̃ in ps. Non dabis sanctuz tuum

videre corruptōem. sicut ergo nunq̄ decuit ipaz incine
rari. sic nūq̄ decuit ipam a verbo separi. Utilitas āt
ex parte assūptionis ad hocipz faciebat. Ad hoc em̄
fiebat illa vnio diuinitatis ad hūanā nām. ⁊ carnis
ad animaz. vt pcuraret̃ nostra sal⁹. Et qm̄ separatō
carnis a diuinitate in nullo faceret ad nr̄am salutē.
pro eo q non potest per eā fieri satisfactio. cum diuini
tas nōn possit sētire dolorē ⁊ penam in sepatōe ipi⁹
a carne. hinc est q non erat couenies carnem separe
a diuinitate. Unde ad hoc passio nō habebat aliquē
ordinem. Concedende sūt ergo rōnes inducte ad istam
10 ptem. ¶ Ad illud quod obijcit̃ q soluto medio sol
uūtur extrema. dōm q illd habet veritatē de medio
necessitatis non aūt de medio cōgruitatis. Aia autē
non erat mediū necessitatis sed cōgruitatis. Prete
rea non solum erat medium rōne coniunctōnis fm
actum. sed etiā fm habitum. Et licet anima non eēt
vnita carni in morte. erat tamen ei vnibilis. ⁊ p hoc
11 caro etiam vnibilis diuinitati. ¶ Ad illud qd obijci
tur q destructo priori destruit̃ ⁊ posterius. dō q illd
verū est vbi posterius depēdet essentialiter a priori.
Ubi vo aliquid pcedit alterū sicut dispositō pgrua.
non oportz q habeat veritatē. ⁊ sic ē in pposito. Nā
vnio diuinitatis ad carnē. siue carnis ad aiam. nō de
pendet essētialiter siue depēdētia necessitat̃ ab vni
one illorum duorū adinuicem. sed si illa supponit. h
12 est quadā congruitatis conuenientia. ¶ Ad illud qd
obi̇ q diuinitas nō est vnibilis nāe irrōnali ⁊ insensi
bili. dōm q et si caro xpi careret rōne ⁊ sensu. habe
bat tamē ordinem ad animā que rōnē et sēsum in se
habet. Et si tu obijcias q illud nō sufficiat q aliquid
sit possibile ad vnionē anime rōnalis ad hoc q con
gruum sit vniri cū diuinitate. dōm q absq; dubio h
nō suffecisset in primordio incarnatōis. immo simul
decuit diuinitatē vniri carni ⁊ anime vt cōiūctis. se
cus aūt est in ministerio nostre redēptionis. quod q̄
dem debuit psūmari per mortem. ⁊ rōne cuius con
gruum fuit vt illa que prius valde coniūcta erāt. nō
minus congrue esset ad tps diuisa. caro videlicet et
anima. ⁊ p illo tēpore bene sufficiebat ipi carni vni
tas ad aiam loco congruitatis reddētis eā ydoneaz
13 ad vnionem cū diuinitatis natura. ¶ Ad illd quod
obijcit̃ q vnio terminat̃ ad aliqd vnum. dōm q est
verum. talis em̄ vnio terminat̃ ad vnum in psona.
nam caro vnit̃ diuine nāe in vnitatē ypostasis ⁊ per
sone filij dei. Sed attēdendū q aliter dicit̃ illa hypo
stasis carnis. ⁊ hypostasis hominis. Hypostasis em̄
hois dicit̃ non solū in obliquo sed etiaz in recto. Est
em̄ hypostasis que est homo. Sed hypostasis carnis
intelligit̃ in obliquo. nō quia esset caro. sed quia ha
bebat carnē. Unde illa poterat dici caro verbi. Et h
est qd dic̄ Dam̄. Si mortuus est vt hō. ⁊ sancta illa
anima ab eius corpe diuisa est. diuinitas tamē inse
pabilis ab vtroq; pmansit. neq; ita vna hypostasis
in duas diuisa est. Etem̄ corp⁹ et anima a principio
in verbi hypostasi habuerūt sustinētiam. ⁊ in morte
a seinuicem diuisa māserūt. singulū autem eorū vnā
hypostasim verbi habet. neq; enim corpus neq; aia
ppriaz habet hypostasim. preter hypostasim verbi.
Et sic pz illud.

Questio. iij. c

Utrū verbū vnitum fuerit carni ⁊ aie duplici vnio
ne: Et q sic videt̃. Unio numerat̃ per extrema vni
bilia. sed caro ⁊ anima sūt diuersa vnibilia. hoc em̄ ē
corpale. ⁊ illd spūale. ergo si vniūtur verbo. plurib⁹ vni
onibus vniūtur. Item si aliquod vnū vnitur aliqui
bus alterutrū diuisis. vnitur eis diuersis vnionib⁹.
sed hypostasis verbi vnita fuit in morte carni ⁊ ani
me alterutrū diuisis. ergo vniebatur eis vnionib⁹ diuer
sis. Sed eodem mō vnita fuit diuinitas carni ⁊ aie
in incarnatōe. ⁊ in morte. ⁊ post mortem. qz illa vnio
nō fuit variata. ergo si post mortē vniebat̃ diuersis vni
onib⁹. necrio sequebatur q ⁊ i ipa icarnatōe ¶ Itē
vbicūq; est ordo priis ad posterius. ibi est numera
tio ⁊ distinctio. sed p prius vnit̃ aia ipi verbo q̄ ca
ro. caro em̄ vnit̃ mediāte aia. ergo si in huiusmodi vni
onibus est ordo. ibi est distinctio. ergo pluribus vnioni
bus vniūtur. ¶ Item aia vnit̃ diuinitati. ⁊ vnit̃ car
ni. nec vnit̃ vnione vnica sed duplici. ergo pari rōne vr̃
q hypostasis verbi cū vnit̃ carni ⁊ aie. duplici vnio
ne vnit̃. Si tu dicas q nō est simile. quia ex deitate
⁊ carne non est vnū sicut fit ex carne ⁊ aia. Tūc obij
citur. Esto q ex carne ⁊ aia non fiat vnū sicut fuit in
morte. videt̃ tunc q illa iam nō sit vna vnio sz due.
¶ Sed cōtra. Unio terminat̃ ad vnum. sed caro et
anima vniūtur ipi verbo in vnam psonā. ergo videtur
q vniat̃ ei in vnione vnica. ¶ Item vnio facta ē p
assūptionem. ergo vbi est vna assūptō. ibi est vna vnio.
sed verbū assūpsit totā nām hūanam vnica assūptō
ne. ergo vniuit sibi carnē ⁊ aiam vnica vnione. ¶ Itez
sicut totus homo cōponitur ex carne ⁊ aia. ita totuz
corpus cōponitur ex ptib⁹ organicis. ergo si essēt diuer
se vniones carnis ⁊ anime ad nām diuinā. pari rōe
essēt diuerse vniones manus ⁊ pedis ad eādē ⁊ alio
rū mēbrorū. q si hoc est incōueniēs. restat q carnis ⁊
aie vna est vnio ad deitatē. ¶ Itez cū caro ⁊ anima
vniūtur vnione nāli. vna vnione vniūt̃. ergo pi rōe qū
vniūt̃ vnione psonali. cū ita hn̄ sit vnū illd qd ē vnū
in psōa. sicut illd qd est vnū in nā. Sz caro ⁊ aia vni
unt̃ vbo vnione psonali. ergo vnit̃ vnione vnica n̄ vni
one mltiplici. R. ad pdictorū intelligētiā est notā 14
dū q vnio dr trib⁹ modis. Uno mō dr actō vniētl.
Alio mō dr passio vnibil. Tercio mō dr relatio vni
torū. Cū ergo querit̃ vtrū aia ⁊ corp⁹ vniāt̃ ipi hypostasi
vbi vniōe duplici. Respōdēdū est. Si loqmur d vni
one actiōe. nō ē ibi nisi vnica vnio. Unica em̄ vnio
ne vniuit sibi vbū carnē ⁊ aiaz. sicut vnica assūptōe
assūpsit corp⁹ ⁊ aiam. Silr si loqmur de vnione pas
siōe. nō fuit ibi nisi vnica vnio. caro em̄ ⁊ aia nō fue
rūt vnita ipi vbo in vnionis pmordio vt diuisa s vt
piūcta in vnā sbam ⁊ nām. iō assūpta et vnita fuerīt
assūptōe ⁊ vniōe vnica. Si aūt loqmur d vnione fz
q est relatō vnibiliū. sic dō est q cū relatō nō vniat̃
nisi p extrema. eo mō hz multiplicari quo hz plurifi
cari ipz vnibile. Qm̄ ergo vnibile ex pte hūane nāe fuit
vnū in actu ⁊ plura in potētia. qz extremū illud erat
hūana nā pstās ex corpe ⁊ aia q̄ cōcurrebāt in vnuz
fm actū. ⁊ poterāt esse diuisa ⁊ distincta. hinc ē q q̄
diu corp⁹ ⁊ aia fuerīt cōiūcta. vnica vnione vniebāt̃
vbo. vnica inq̄tū in actu. s plurib⁹ i potētia. qñ a v
bo adinuicē in morte fuerīt sepata. in morte vniebā
tur vnionib⁹ plurib⁹. Caro em̄ dicebat̃ vnita vbo.
⁊ aia vnita. ⁊ h relatō ex pte carnis ⁊ aie erat alia et
alia. Intellecto em̄ q caro nō essz vnita. adhuc pos
set intelligi vnita esse anima. Et fm hoc pz respōsio
ad qōnez ppositam. Uno mō em̄ pcedi potest q ca 15
ro ⁊ anima vniantur diuinitati multiplici vnione.
fm illud quod consueuit dici q triplex fuit ibi vnio.
Alia diuinitatis ad carnē. alia diuinitatis ad aiam.

alie aie ad carnē. Et ſm iſtā viā ꝓcedunt rōnes que
oſtēdunt ibi fuiſſe vniones plures. ¶ Alijs aūt mo-
dis dōm eſt ꝙ ibi fuit vna tm̄ vnio. ⁊ ſm hāc viā ꝓ-
cedūt rōes ad oppoſitū. ⁊ ſic patet totū. Sed qm̄ ali
que de rōnibus ad ꝑmaȝ ꝑtem adductis ſophiſtice
ſunt. ⁊ cōcludūt etiā vnionē plurificari ſimpliciter
16 idō ad eas oportȝ reſpōdere. ¶ Ad illud ġ qḋ pmo
obijcit ꝙ caro ⁊ aia ſūt diuerſa vnibilia. quia vnum
corꝑale. aliud ſpūale. dōm ꝙ licet corp⁹ ⁊ aia diuer-
ſitatem habeāt inter ſe. ſūt tamē partes cōſtituētes
vnum in eſſētia ⁊ natura. ⁊ quia in vnā nām cōcur-
runt. hinc eſt ꝙ in illa vnione qua dei filius hūanam
17 nām aſſūpſit rōem tenet vnius extremi. ¶ Ad illud
quod obijcit ꝙ in morte verbū vnitū erat duob⁹ di
uerſis ⁊ diuiſis. dōm ꝙ ⁊ ſi illa eſſēt localiter diuiſa.
erāt tamen ſm nālem inclinatōem inuicem ordina-
ta. ⁊ rōne illius ordinis caro erat ydonea vt eſſȝ vni
ta deitati. Preterea. eſto ꝙ plures eſſēt vniōes poſt
mortem ſm ꝙ vnio nominat relationē. non tamē ſe
quit ꝙ ſimiliter eſſent in vita. quia qūuis vnio man-
ſerit vniformiter ⁊ imutabiliter qūtū ad vinculū. fa
cta eſt tamen quedā immutatio in altero extremorū
ſ. in hūana natura. cuius principia conſtituētia fue-
runt in morte ſeiūcta. cum tamē eſſēt vnita in vita.
18 ¶ Ad illud qḋ obijcit ꝙ eſt ibi ordo. ġ diſtinctio. dō
ꝙ quidā eſt ordo qui ponit ſimpliciter diſtinctiōem.
quidaȝ eſt ordo qui attēdit ſm poſitōem ⁊ gradum
inter res ſimilis generis. Sed quādo aliqua ſic ordi
nātur ꝙ ibi eſt vnū ꝓpter alterū. non oportet ibi eſſe
numeratōeȝ. ſicut ſi teneā equū ꝑ frenū. per prius te
neo frenū ꝙ̄ equū. quia equū teneo mediante freno.
non tamen duplici tentione teneo vtrūqȝ ſed vnica.
Et ſic patet ꝙ non cogit illa rō. Non tamē eſt oīno
ſimile de huiuſmodi tētōe ⁊ de vnione. ſed hoc indu
19 ctū eſt ad illius rōnis diſſolutōem. ¶ Ad illud quod
obijcit ꝙ aia vnit diuinitati ⁊ carni duplici vnione
⁊c. dōm ꝙ nō eſt ſimile. quia diuinitas ⁊ caro nō ce-
dunt in vnā nām, immo nāliter et eſſētialiter ſūt di-
ſtincta. non ſic aūt eſt de carne ⁊ aia. quia vnaȝ nām
conſtituūt. ⁊ ideo oportet ꝙ deitas eis diuerſis vnio
nibus vniat.

Conſequēter queritur de effectu illius ſepa-
rationis. Et circa hoc querūtur tria. Primo q̄
rit vtrū poſt inſtans ſepatōis aia xp̄i impaſ
ſibilis fuerit effecta. Scdo vtrum ex ipa ſepatōe ca-
ro fuerit mortua. Tercio vtrū ꝓpter mortem carnis
mors ſit ipi pſone verbi attribuēda.

Queſtio. j. d

Utrū poſt inſtans ſepatōis aia xp̄i impaſſibilis eſt
effecta. Et ꝙ ſic videt. aia xp̄i non fuit paſſibilis niſi
ꝓpter vnionē ſui ad corpus. ġ ſtatim dū fuit ſepata
amiſit paſſibilitatē. ġ facta fuit impaſſibilis. ¶ Iteȝ
nihil patit niſi ſm ordinē nature. ſicut contrariū pa
tit a contrario. Uel ſm ordineȝ diuine iuſticie. ſicut
peccator patit ab aliquo afflictōem. Uel ſm diſpen
ſatiōeȝ diuine miſericordie. ſicut redēptor paſſus eſt
ꝓ ſanando noſtro morbo. Sed nllo iſtoꝝ modoruȝ
poſt ſepatōeȝ paſſio potuit ineſſe ipi anime xp̄i. non
eīn habuit contrariū. nec habuit pctm̄. ⁊ conſūmatū
erat noſtre redēptōis myſteriū. ſicut dicit Job. xix.
Conſūmatum eſt. Ergo nllo mō pati poterat. reſtat
ġ ꝙ ſtatim impaſſibilis eſt effecta. ¶ Itē aie ſāctorū
quādo non habent aliqueȝ reatum ſtatim efficiūtur
ipaſſibiles. ġ ſi anima xp̄i multo veloci⁹ digna erat
omi glorificatōe qꝫ ois alia aia. videt ꝙ ſtatim ipaſ-
ſibilis eſt effecta. ¶ Item nulla paſſio potuit eſſe in
xp̄o q̄ vacaret a merito. ſȝ aia xp̄i ſtatim p⁹ ſepatōeȝ
amiſit potētiā ſiue ſtatū merēdi. ġ ſtatim amiſit potē
tiā paciēdi. ġ ſtatim facta ē ipaſſibil'. ¶ Sȝ ꝯ. ſic paſſi
bilitas inerat anime xp̄i preter peccati debitū. ita et
carni. ġ ſicut velociter collata eſt impaſſibilitas aie.
ita velociter debuit conferri ipi corpori. Sed impaſ-
ſibilitas non eſt collata ipi corpi vſqȝ ad triduū quo
reſurrexit. ġ ſimiliter videtur ꝙ nec anime ante tps
illud. ¶ Item ponatur ꝙ anima iterū vniretur cor-
pori illi ſm ſtatum in quo ipm̄ deſeruit. tunc arguit
ſic. Si anima paſſibili corpori vniretur eſſet paſſibi-
lis. ſed anima xp̄i poterat vniri illi corpori ante glo-
rificatōem. quia nihil eam impediebat. ġ adhuc po-
terat pati. ergo non erat impaſſibilis. ¶ Item nihil
nouū collatum eſt anime in ipo inſtanti ſepatiōis a
corpore. ergo ſi prius non habebat impaſſibilitateȝ,
videtur ꝙ nec tunc habuit ante diem reſurrectōnis.
¶ Item anima que impaſſibilitatē habet. ſtatim cū
a corpore recedit euolat. ſȝ anima xp̄i nō ſtatim euo
lauit. nec aſcendit ſtatim ad celos. ſed deſcendit ad
inferos. ergo nō ſtatim poſt inſtans reſurrectōis fa-
cta eſt impaſſibilis. ¶ R°. dōm ꝙ ex certitudine au- 20
toritatis non eſt nobis oīno determinatū vtrū ani-
ma chriſti ſtatim poſt ſepatiōem impaſſibilis fuerit
effecta ſicut magiſter tangit ſupra diſt. xviij. Unde ſi
ne periculo fidei poteſt quis vtrūqȝ horum ſentire.
vel ꝙ impaſſibilis effecta eſt ſtatim poſt ſepatiōem.
vel in ipa corporis glorificatione. Uerūtamē proba-
bilitati rōnis magis conſonare videt ꝙ ſtatim poſt
ſepatōeȝ habuit impaſſibilitatem. Si eīn non patie
batur anima xp̄i niſi diſpēſatie ⁊ ꝓpter noſtrā ſalu-
tem. ſi iam nō erat tempus ⁊ locus merēdi. iam ani-
ma xp̄i non debebat nec poterat pati. Unde non ſo-
lum de anima xp̄i probabile eſt ꝙ ſtatim poſt ſepara
tōem a corpore facta ſit impaſſibilis. ſed etiam de q̄-
libet anima viri ſancti in qua non reperitur reat⁹ ali
cuius peccati. Ideo rōes que ad partē iſtam ſunt ſa
tis rōnabiliter poſſunt concedi. ¶ Ad illud ergo qḋ 21
obijcitur in contrariū ꝙ corpus non ſtatim fuit im-
paſſibilitate dotatum. dōm ꝙ non eſt ſimile duplici
ex cauſa. Primū quideȝ quia anima ꝓpinquior erat
glorie ꝙ̄ caro. erat eīn beata ſm aliquam ſui parteȝ.
Scdo vero. quia dilatio impaſſibilitatis in carne fa
ciebat ad fidei noſtre confirmatōem. videlicet vt oñ
deretur chriſtus veraciter paſſus ⁊ mortuus fuiſſe.
non ſic dilatio impaſſibilitatis in aia. ideo magis di
lata fuit impaſſibilitas corpis ꝙ̄ impaſſibilitas ani-
me ex diſpēſatōe diuina. ¶ Ad illud quod obijcitur 22
ꝙ anima illa iteꝝ vniri poterat corpi paſſibili. dōm
ꝙ quedā aie ſepant a corpe ſepatiōe diffinitiua ſiue
finali. quedā vero ſepantur a corpe ad tēpus ꝓpter
glorie dei manifeſtatōem. ſicut eſt in illis qui reſuſci
tant ad ſtatū vite pterite. ſicut fuit i lazaro ⁊ in alijs
mirabilit ſuſcitatis. Que primo mō ſepant. ingredi
unt nouū ſtatū. Que vero ſcdo mō ſepant ſm diui
nā diſpoſitōem. adhuc a ſtatu ſuo retardātur. Uñ p
me niſi obſtet reat⁹ peti ſtatim efficiūtur ipaſſibiles.
nec vnibiles ſūt corpi paſſibili. qūuis ſcdē p diuinuȝ
miracl'ȝ aliqū habeāt ꝯiūgi. Et pmo mō aia xp̄i ſepa
ta fuit. qm̄ ds nō determinauerat eā vlteri⁹ vniri car
ni paſſibili. Et iō poſitō illa nlla ē. Nō eīn potuerat
carni paſſibili vniri. nō qȝ aliqḋ creatū illḋ ipediret. ġ
23 quia diuina iuſticia illud nō pmitteret. ¶ Ad illḋ qḋ
obijcit ꝙ nihil collatū eſt anime. dicendū ꝙ illud nō
cōſtat. qūuis nō legat. nec etiam cogit. Anima eīn xp̄i
ꝑ illud quod habebat ex ſola ſepatione a carne paſſi-
bili iam caruit aptitudine patiēdi. ⁊ ita reddita ē im-
paſſibilis. nec oportet ꝓpter hoc aliquid noui ſibi cō-
ferri. ſatis eīn ſufficiebat paſſionis ⁊ paſſibilitatis ra-
24 tionē ſibi auferri. ¶ Ad illud quod obijcit ꝙ anime
que ſtatim ꝑ ſepationē efficiunt impaſſibiles ſtatim
euolant. dicendū ꝙ illud veritatē habet nūc poſt xp̄i
aſcenſionē. ſed ante nō habebat veritateȝ. differebat
eīn aliquaꝝ animaꝝ euolatio. ſ. ſanctoꝝ patrū ꝓpter
pmi peccati obligationē. Anime vō chriſti differeba-
tur ꝓpter hominū eruditionē. ⁊ noſtre fidei cōfirma-
tionem ⁊ rectificationē. ⁊ carnis ꝓpinquam glorifica
tionem.

Queſtio. ij. e

Utrū ex illa ſepatione caro fuerit mortua. an poſt
eā habuerit vitā. Et ꝙ vitā habuerit videt. omē qḋ
eſt vnituȝ vite viuit ꝑ participationē. ſed caro chriſti
poſt ſepationem erat vnita ipſi vite. ſcȝ verbo dei. ġ
ab ipo viuificabat. Si tu dicas ꝙ hoc eſt verū de vi-
ta creata nō de increata. Obijcit contra. Potentior
eſt vita increata i viuificando qꝫ vita creata. quoniā
ipa eſt fons vite. Si ergo anima nulli corpori poteſt
vniri quin det ei vitā. multo fortius videt ꝙ nec pſo
na diuina poſſit vniri carni niſi tribuat ei vitā. ¶ Itē
impoſſibile fuit animā chriſti vniri verbo quin reci-
peret vitam ab ipo. ergo ſi ſuo mō caro erat viuifica-
bilis. impoſſibile fuit vniri verbo quin reciperet vitam
ab eo. ¶ Item nobilior eſt ſubſtantia viuens ſubſtā-
tia nō viuente. ſed nulla caro erat nobilior carne xp̄i
etiā poſt ſepationē anime. ergo ſi vita repitur in alia
carnē. neceſſe eſt ꝙ caro chriſti viueret etiā anima ſe-
pata. ¶ Item caro illa nō poterat videre corruptio-
nem. ergo neceſſe erat eam ab aliquo vegetari. ſed nō
niſi a deitate. ergo eam ita vegetabat ſicut anima. ſed
anima eā vegetādo dabat ei vitā. ergo pari ratione
caro illa viuebat ſm diuinitatem influentē in ipſam.
¶ Sed cōtra. in ſymbolo dicit ꝙ xp̄s mortuus eſt et
ſepultus. ſed hoc nō dicit niſi rōne carnis. ergo caro
chriſti fuit mortua anima ſepata. ¶ Item oīs vita ē
ab aliquo informante. ſed caro poſt ſepationem ani-
me nō viuebat aliquo viuificante ꝑ modum forme.
ergo poſt ſepationeȝ anime caro nō habebat vitam.
¶ Itē omne qḋ viuit habet aliqū vſum vite. vtpote
vti alimento. vel ſenſu. vel motu. vel intellectu. ġ nul
lū iſtorū caro chriſti habebat poſt ſepationē aie. ergo
nō viuebat. ¶ Item nihil viuū ſuſcitat vel reſurgit.
qȝ ſuſcitatio ⁊ reſurrectio nō eſt niſi mortui. ſed caro
chriſti reſurrexit ⁊ ſuſcitata fuit. ergo poſt ſepationē
25 anime vitam nō habuit. ¶ R°. dicendū ꝙ abſqȝ du-
bio caro chriſti poſt ſepationē anime mortua fuit. ca
ruit eīn vſu ⁊ cōplemēto vite. Res eīn corꝑalis non
eſt nata viuificari niſi ab aliqua forma ſpūali ipſam
cōplente ⁊ ſibi ꝓportionabili. qm̄ ergo in ipa ſepatio-
nē anime caro chriſti caruit huiuſmodi forma. ideo
vere fuit mortua. Et qūuis haberet diuinitatē vnitā.
nō tamē ab ea viuificabat. non ꝓpter defectum a pte
viuificātis. ġ ꝓpter iproportionē viuificabilis. Rati-
ones ġ que ad hanc pte inducunt concedendē ſunt.
26 ¶ Ad illud vō qḋ pmo obijcit in contrariū ꝙ vnitū
vite viuit. iam patet rñſio. Hoc eīn veritatē habet qñ
vnit ei ſicut pfectibile ſue pfectioni. Sic aūt nō vnit
caro pſone verbi. ⁊ ideo nō eſt ſimile de ipa anima et
de pſona diuina. ¶ Ad illud qḋ obijcit ꝙ anima non 27
potuit vniri ipi verbo quin viuificaret ab ipſo. ergo
nec caro. dicendū ꝙ nō eſt ſimile. ꝓ eo ꝙ ipa aia cuȝ
ſit opus ⁊ imago dei. ⁊ imediata nata ferri in deum.
capax eius eſt. ⁊ pticeps eſſe poteſt. ⁊ ita imediate hȝ
ab illo ⁊ in illo viuere ꝑ cognitionē ⁊ amorē. ſic auteȝ
nō eſt de carne. nō eīn eſt nata deum cognoſcere vel
amare. ¶ Ad illud qḋ obijcit ꝙ nobilior eſt ſubſtan 28
tia viuens ſubſtātia nō viuēte. dicendū ꝙ verum eſt
ceteris alijs parib⁹. ſed caro xp̄i licȝ careat vita. erat
tū diuinitati vnita. ⁊ hoc quidem ꝑponderat multis
alijs dignitatib⁹. Preterea cū dicit ꝙ nobilior ē ſub-
ſtantia viuens ſubſtātia nō viuēte. hoc intelligit de
ſubſtantia que caret vita ſimpliciter. caro aūt chriſti
nō carebat vita ſimpliciter ſed ad temp⁹. Unde ſicut
nobilior eſt filius regis captus ⁊ incarcerat⁹ filio ru-
ſtici in libertate ſua cōſtituto. ſic etiā intelligendū eſt
de carne chriſti. que modico tpe caruit cōplemento
vite. vt poſtea nobiliſſimā vitā reſumeret. ¶ Ad illḋ 29
qḋ obijcit ꝙ caro illa nō potuit incinerari. dicenduȝ
ꝙ diuina virtus illā cōſeruabat. ſed tamē illa ꝯſerua
tio nō erat viuificatio nec operatio vite. Cōſeruatio
eīn ⁊ vegetatio que eſt opatio vite. pcedit a forma cō
pletiua opante ꝑ modū nature. ſed cōſeruatio q̄ erat
in carne chriſti ne corrumperet erat a virtute diuina
opante ſuꝑ naturā. ⁊ ideo nō cogit illa ratio.

Queſtio. iij. f

Utrū ꝓpter mortē carnis ſit mors pſone verbi at-
tribuēda. Et ꝙ ſic oñdit. Dicit eīn in ſymbolo. paſ-
ſus ſub pontio Pylato. crucifixus. mortu⁹. ⁊ ſepul-
tus. hoc autē dicit de filio dei vnigenito. Et hocipm
dicit Ambroſi⁹ expſſe. ⁊ habet ſupra diſt. xviij. Tan-
tū fuit peccatū noſtrū vt ſaluari nō poſſem⁹ niſi vni-
genitus dei fili⁹ moreret ꝓ nobis debitorib⁹ mort.
¶ Itē hocipm videt rōne. Carne naſcēte ⁊ cōcepta
filius dei natus dicit ⁊ cōceptus. ergo pari rōne car-
ne mortua filius dei debet dici mortuus. ¶ Iteȝ ſa-
tiſfactio ꝓ peccato noſtro fuit ꝑ paſſioneȝ ⁊ mortē. ġ
null⁹ potuit ꝓ peccato nr̄o ſatiſfacere niſi eſſet de⁹.
ergo ſi ꝓ peccatis nr̄is ꝑ mortē illā ſatiſfactū ē. vere
fili⁹ dei fuit mortuus. ¶ Itē vnio illa facit cōmuni-
cationē idiomatū. ſed ꝓpter ſepationē aie a carne ve-
rū ⁊ neceſſariū fuit illū hominē mori. ġ vere ⁊ ꝯueni-
enter pōt mors attribui dei verbo. vt dicat filius dei
mortuus ⁊ ſepultus ꝓ nobis. ¶ Sed contra. Aug⁹.
dicit ⁊ habet in lr̄a vltimo capitulo. Si quis dixerit
atqȝ crediderit deū paſſum anathema ſit. ſed cui non
poteſt attribui paſſio. nō poteſt attribui mors. ſi ergo
nō eſt credendū filiū dei paſſum ſicut dicit. nō eſt cre
dendū neqȝ dicendū filiū dei fuiſſe mortuū. ¶ Item
idiomata ptis nō cōicant pſone verbi. qūuis eīn caro
fuerit ſepata ab anima. nō tū ꝓpter hoc filius dei ſe-
paratus fuit ab illa aia quā aſſumpſit. ergo ſi ꝑ paſſi
onē chriſti nō eſt mortua niſi ſola caro. qȝ aia ſemꝑ vi
xit. nō videt ꝙ filio dei vere poſſit attribui mors. aut
ſi attribuit ei mors. tūc eſt queſtio quare nō ſimiliter
attribuit ⁊ ei ſepatio. ¶ Itē ꝓpter repugnantiā idio
matū hȝ nō recipit cōmuniter. fili⁹ dei ē creatura. ſed
multo magis repugnat vite mors ꝙ̄ intentio creatu-
re intentioni creatoris. ergo ſi filius dei eſt ipſa vita.
videt ꝙ nullo mō ſit mors ei attribuenda. ¶ Item
quicūqȝ diceret ſumme ſapientē eſſe ſtultū blaſphe-
maret. Similit qui diceret ſummē bonū eſſe iniquū.

ergo pari rōnē qui dicit summe potentē esse infirmū. ꝑ hoc dicit q̄ dicit filiū dei esse mortuū. q̄ qui hoc dicit
30 blasphemat deū. ℂ Rn̄. dicendū q̄ absq; dubio cōcedendū est filiū dei. ꝑ nobis fuisse mortuū. t hoc quidē sibi vere attribuit nō ꝑm naturā diuinā ꝑ ꝑm hūanā. nō ꝑ essentiā aut ꝑ inherentiā. ꝑ ꝑ idiomatū cōmuni cantiā. t hoc i nullo derogat diuine maiestati. t multū cōsonat pietati. Nullū est verbū maioris dignationis resonare pōt in aurib⁹ cozdis homis q̄ q̄ vnigenitus dei filⁱ mortu⁹ fuerit ꝑ nobis debitorib⁹ mortis. Et ideo nō tm̄ est hoc credendū t asserendū tāq; verū. sed etiā frequentissime recolendū. Et cōcedende
31 sunt rōnes q̄ hoc ostendūt. ℂ Ad illud vo qd̄ obijcit auctoritate Aug. satis cōuenienter rndet mḡr in litera. Nō em̄ intēdit renouere passionē a ꝑsona verbi sim
32 pliciter ꝑ ꝑm diuinā naturā. ℂ Ad illud qd̄ obijcitur q̄ idiomata ptis nō cōmunicant ꝑsone verbi. dicendū q̄ mori nō tm̄ cōuenit carni. sed etiā toti homini assumpto. Ipse em̄ aie a carne nō solū mortē caro sed etiā totus hō. Et iō ratio illa ꝑcedit ex sup-
33 positione falsi. ℂ Ad illud qd̄ obijcit q̄ non cōcedunt idiomata. vbi est repugnātia. dicendū q̄ verū est. vbi est talis repugnātia. q̄ nō tollit mediante sufficientia. sic aut non est in ꝓposito. Motis em̄ dat intelligere hūanitatē. que sine repugnātia pōt dici de ꝑsona xp̄i. vnde filⁱ dei dicit fuisse mortuus. q̄ fuit homo in q̄ fuit passio mortis. ℂ Ad illud qd̄ obijcit q̄ blasphe- 34
mia est dicere filiū dei esse mortuū. dicendū q̄ hoc videt auribus infidelium. ꝑm q̄ dicit. j. Cor. j. Predicamus ie3um xp̄m crucifixū. iudeis quidē scandalū. gentibus aut stulticiā. Et ratio hui⁹ est. q̄ nō creditur ipsis hūanitatis dei filⁱ benignissimā dignationē. nec intelligit illⁱ hūiliationis altissimā rationē. Si em̄ hoc intelligeret. videret q̄ illud qd̄ infirmū est dei. fortⁱ est hominib⁹. Et illud qd̄ stultū est dei. sapiēs est omnib⁹ homib⁹. Ipsis ergo duob⁹ pensatis. videlicz ipsa verbi incarnatiōe. t ratiōe ob quā causam incarnat⁹ est. nō est blasphemia imo laus dicere q̄ filius dei. ꝑ nobis fuit mortu⁹ ꝑm naturā assumptā. Per hoc em̄ tercentissime (sicut in ꝓcedentibus fuit ostensum) repatum est genus humanum. Nec est simile de stulticia t malicia. non em̄ valebant ad nostrā redemptionem. sicut passionis t mortis tolerantia. Et per hoc patet quesita.

Distinctio. xxij. de ꝓsequētibus mortē christi.

In querit vtrū in illo triduo tē. Supra egit mḡr de sepatione facta in morte xp̄i. In hac vo pte agit de cōsequētib⁹ ad sepationē. Diuidit aūt ps ista in tres ptes. In quaz ꝑma inqrit mḡr vtrū xp̄s fuerit homo in triduo. In secūda vo vbi fuit in illo triduo. ibi. Hic querit si xp̄s in morte. In tercia vo ad maiorē explanationē inqrit. vtrū cōcedendū sit illū hoiem descendisse de celo. ibi. Solet etiā q̄ri si cōgruēter dici pōt tē. Prima ps in q̄ inquirit vtrū xp̄s in triduo fuerit homo diuidit in duas ptes. In quarū ꝑma opponit. In secūda dissoluit. ibi. Quib⁹ respondem⁹. q̄ licz hō tē. Secūda vo ps principalis in qua inqrit vbi fuerit in illo triduo siliter habet duas. In quaz ꝑma inquirit vbi fuit ꝑm hūanitatē. In secūda vo inqrit vbi fuit ꝑm sui totalitatē. ibi. Et vtiq; totus codē tpe erat tē. Similiter tercia ps in qua inqrit vtrum filⁱ hominis descēderit de celo. habet duas ptes. In quaz ꝑma q̄stionē ꝑdictā determinat. In secūda ꝑdeterminata in totali pte ista epilogat. ibi. Hec de corrigia calciamēti tē. Que quidē ps diuidi potuit cōtra totā partē ꝑcedentē. sed sub aliqs partib⁹ cōprehēsa fuit ad vitandā diuisiōis cōfusionē.

Querit vtrū xp̄s in triduo fuerit homo. Et opponit q̄ nō. a

XXII

Ic querit vtrū in illo triduo mortis christus fuerit hō. Q̄ nō videt quidusdā. q̄ mortuus erat. t homo mortuus nō est hō. Addūt etiaz q̄ si tūc erat homo. vel mortalis vel imortalis. Sed mortalis nō q̄ mortuus. nec imortalis. q̄ tm̄ post resurrectionē.

ℂ Soluit qd̄ in oppositū ꝓbatū est. ostēdens q̄ i triduo fuerat hō. b

Quib⁹ respōdem⁹. q̄ licz hō mortuus fuerit. erat tm̄ in morte de⁹ homo. nec mortalis quidē nec imortalis. t tm̄ vere erat homo. Ille em̄ t hmōi argutie i creaturis locū habēt. sed fidei sacrīm a philosophicis argumētis est liberuz. Amb. Vnde ambrosi⁹. Aufer argumenta vbi fides querit. in ipis gimnasijs suis iam dyaletica taceat. piscatorib⁹ credit nō dyaleticis. Dicim⁹ q̄ in morte xp̄i deū vere fuisse hoiem t tm̄ mortuū. t hominē quidē nec mortalē nec imortalem. q̄ vnitus erat aie t carni scilicet. Alia em̄ rōne dicit deus homo. vel homo deus. q̄ Martin⁹ vel Joh⁹. Homo em̄ dicit de⁹ t econuerso. ꝓpter susceptionē homis. id est aie t carnis. Vnō Aug⁹. Talis erat susceptio illa Aug⁹.
que deū hoiem faceret t hoiez deū. Lū g̃ illa susceptio ꝑ mortē nō defecerit. ꝑ de⁹ homi t hō deo sic ante vnit⁹ erat vere. t econuerso. q̄ vnit⁹ erat aie et carni. t hō mortu⁹ erat. q̄ aīa a carne diuisa erat. ꝓpt sepationē aie a carne mortuus. ꝑ ꝓpter vtriusq; semp secū vnionē hō. Nō aūt sic erat hō vt ex aīa t carne simul iunctis subsisteret. ex q̄ rōne dicit aliquis alius hō. Et ipe forte ante mortē. hoc etiā mō erat hō. t post resurrectionē fuit. In morte vo homo erat tm̄ ꝓpter aīme t carnis secū vnionē. t mortuus ꝓpter inter illa duo diuisionem.

ℂ Ubi xp̄s fuit in illo triduo ꝑm humanitatē. c

Hic querit si xp̄s im morte alicubi erat hō. Et si vbicūq; ē hō sit. Ad q̄d di-

cim⁹ q̄. nō vbicūq; erat hō erat. nec mō vbicūq; ē hō est. q̄. vbiq; ē ꝑm deitatē. nec vbiq; est hō. q̄. nō vbiq; homī vnit⁹. ꝑ vbicūq; ē ꝑm hoiem ibi hō est. Tpe aūt mortis t vbiq; erat ꝑm deū. t i sepulcro ꝑm hoiem. et i ifemo ꝑm aiaz. t i sepulcro ꝑz carnē. In sepulcro g̃ erat hō. q̄. hūanitati vnit⁹ erat. t si nō toti. q̄. carni tm̄. Et i inferno erat hō. q̄. hūanitati vnit⁹. ꝑ nō toti. q̄. aie tm̄.

Oppositio. Sed si i inferno aie tm̄. et in sepulcro carni tm̄ vnitus erat. g̃ nec i infernō vnit⁹ erat aie t carni. nec in sepulcro. Quō ergo ibi vel hic hō esse dr̄? Que est rō dicti?

ℜ. Quia vna eadēq; vnione vnit⁹ erat aie i inferno. t carni i sepulcro. Et sic erat illis duob⁹ tūc sepatis vnitus sic ante sepationē. i. ante mortē. Ad ꝫ aūt opponit. Si

Oppositio. xp̄s aiaz tm̄ vel carnē tm̄ assumpsisset. nō fuisset verus hō. ꝑ ꝓpter vtriusq; assumptionē ver⁹ hō fuit. Sic g̃ vbi carnē t animā sibi vnitā nō hēbat. ver⁹ hō ibi nō erat. Sed tpe mortis nusq; illa duo vnit habebat. q̄

ℜ. nec in sepulcro. nec in inferno. nec alibi. Nusq; g̃ erat hō. Ad qō dicim⁹. q̄. xp̄s vtiq; verus hō non fuisset. si carnē t aiaz nō assumpsisset. Sz tm̄ q̄. exquo assumpsit. neutrū deposuit. ꝑ cū vtroq; eandē vnionē indesinēter tenuit quā assumēdo contraxit. Ideo nō incōgrue vbicūq; aie vl carni vel vtriq; vnit⁹ est. ibi hō esse dr̄. q̄. ibi hūanat⁹ est. ergo t i sepulcro erat hō. t i inferno erat hō. q̄. vtrobiq; hūanat⁹ erat xp̄s. t vnā eandēq; cū aīa t carne (licz sepatis) habebat vnionē. t vno codēq; tpe in sepulcro iacuit xp̄s. t ad infernū descēdit. sed in sepulcro iacuit ꝑm solā carnē. t in infernū descēdit ꝑm solā animā. Vñ Aug⁹. Quis nō est derelict⁹ in

Aug⁹. super Jobem. inferno? christ⁹ sed in aīa sola. Quis iacuit i sepulcro? christ⁹. ꝑ in carne sola. q̄. i his singulis xp̄s est. christū in his oib⁹ t singulis ꝓfitemur. Ex his euidēter ostēdit q̄ carni iacēti i sepulcro vnit⁹ erat xp̄s. sic aie i inferno. Alioqn si carni mortue nō esset vnitus. nō in ea diceret iacuisse i sepulcro. Aīa g̃ ad infernū descēdit.

Amb. in. iij. li. de spū. a sancto. caro in sepulcro iacuit. sapiētia cū vtroq; ꝑmānsit. q̄ in inferno positis (vt ait Ambrosi⁹) lumē vite fundebat eterne. Radiabat illic⁹ lux vere sapiētie. illuminabat infernū. ꝑ in inferno nō claudebat. Quis em̄ loc⁹ ē sapientie de q̄ scriptū est. Nescit hō vias ei⁹. nec inuēta est int̄ hoies. De q̄ abyssus dicit nō est i me. mare dicit nō est mecū. g̃ nec i tpe. nec i loco sapia ē. cui nec mors trib⁹ dā ē. In ligno em̄ caro. nō illa opatrix oim̄ sūba di uina pēdebat. ℂ Fitemur tm̄ xp̄m pepēdisse in ligno t iacuisse i sepulcro. ꝑ in carne sola. t fuisse i inferno. sed in anima sola.

Ubi xp̄s fuit in illo triduo ꝑm sui totalitatē. d

b Et⁹ vtiq; tot⁹ codē tpe erat i inferno. tot⁹ i celo. totus vbiq; Persona em̄ illa eterna nō maior erat vbi carnē t aiam sil vnitā sibi hēbat. q̄ vbi alterū tm̄. nec maior erat vbi vtrūq; sil vel alterum tm̄ vnitū hēbat. q̄ vbi erat neutrū hūs vnitū. Totus g̃ xp̄s et pfectus vbiq; erat. Vñ Aug. Nō dimisit pfez xp̄s cū venit i ꝙginē.

Aug⁹. cōtra Felicianū. vbiq; tot⁹. vbiq; pfect⁹. Uno g̃ codēq; tpe tot⁹ erat i

a ℂ Lux vere sapiētie illuminabat infernū. Videt ꝫ esse falsuz. q̄ sicut obscuritas repugnat celo empireo. sic luminositas repugnat inferno. q̄ sicut celum empireū nūq̄ hz obscurari. sic videtur q̄ infern⁹ nunq̄ habeat illumiari. Ité dānati debuerūt cessare omi ꝓsolatiōe. t maxie ꝓsolatiōe q̄ est in aspectu lucis eterne. q̄ si lux illa corporalis nō erat. q̄ sine corpe ad inferna descendit. ꝫ magꝭ spūal. videt q̄ i inferno irradiare non debeat. ℂ Rn̄. dicendū q̄ secus est de irradiatiōe lucis mālis t luc⁹ spiritualis. Nā irradiatio lucis mālis imutat visum nāliter. Irradiatio vo lucis spiritualis imutat voluntarie. Tm̄ null⁹ cā videt nisi cui se ostēdit voluntarie. Et iſto lux ista splēdere dicit in inferno. t infernū illumiasse. q̄ aliqs de iferno irradiabat. nō tm̄ oēs. q̄ nec oēs vo lebat illuminare. nec oēs habebāt oculos ꝓpionales. ℂ Ad illō vo qō obijcit de celo empireo. dicendū q̄ nō est sile. q̄uis em̄ sit bonū oino impmixtū malo. non tm̄ oportet q̄ sit malum oino impmixtū bono. Et ꝓterea decebat deū eos qui erat i tenebris illumiare. nō tm̄ eos q̄ erāt i lumine obscurare.

b ℂ Vtiq; tot⁹ codē tpe tē. Hoc videtur falsum. q̄ aut hoc qd̄ est totū refert ad naturā. aut ad psonā. Ad nām non. q̄ xp̄s ꝑm totā naturā non erat sil in celo t in inferno. Si ad psonaz. adhuc videt falsum. q̄ supra dis. vij. dictū est q̄ ꝑsona xp̄i cōpo-

nīt ex tribꝰ ſubſtātijs ꝛ duabꝰ naturis. et ē illa cōpoſitio inexplicabilis. ꝗ ſi totꝰ xp̄s erat in celo ꝛ in inferno. videt̄ ꝙ ille due nature ſil' eſſent i celo ꝛ i inferno. qḋ falſuꝫ eſt ꝛ abſurdū. Item differētiā ꝯuenit aſſignari inter hoc ſignū om̄e ꝛ hoc ſignū totū. qꝛ om̄e diſtribuit pro partibꝰ ſubiectiuis. ꝛ totū ꝓ ptibꝰ integralibꝰ. ꝗ ſi xp̄s nō habebat ptes itegrales niſi ſm̄ hūanā naturā. cū dī ꝙ totꝰ xp̄s fuit in celo ꝛ i inferno. implicat̄ hoc de xp̄o ſm̄ nāꝫ humanā. qḋ ſimplicit̄ ē falſum ꝓ tpe illo. Rꝰ. dicendū ꝙ h nomē totus aliqn̄ tenet̄ vt ſignū. aliqn̄ vt adiectiuū. Scḋm ꝙ tenet̄ vt ſignū ſic diſtribuit i aliqs ptes. vt cū dicit̄. Totꝰ petrus ē albꝰ. Scḋm ꝙ accipit̄ vt nomē adiectiuū. ſic totuꝫ vno mō dicit̄ idē qḋ pfectū. Alio mō ideꝫ qḋ hñs ptē ꝛ ptes. Cū ꝗ dicit mḡr ꝙ xp̄s erat totus i celo. ibi dicit̄ pfectus. qꝛ pſona xp̄i pfectiſſima ſil' erat in celo ꝛ i terra ꝛ i inferno

inferno. totus in celo. Erat apud inferos reſurrectio mortuoꝝ. erat ſup celos vita viuentiū. vere mortuus. vere viuus. in q̄ mortē ſuſceptio mortalitatis excepit. et vitā diuinitas nō pdidit. Mortē ꝗ dei filiꝰ ꝛ in aīa nō ptulit. ꝛ in maieſtate nō ſenſit. ſ; tñ pticipatiōe infirmitatis rex glorie crucifixꝰ eſt. Ex his apparet ꝙ xp̄s eodē tpe totꝰ erat i ſepulcro. totꝰ i inferno. totꝰ vbiqꝫ. ſicut ꝛ mō totus eſt vbicūqꝫ eſt. ſed nō totū. nec in ſepulcro vel in inferno totū erat. ꝛ ſi totus. ſicut xp̄s totus ē deus. totus hō. ſed nō totū. qꝛ nō ſolū eſt deꝰ vel hō. ſed ꝛ deus ꝛ hō. Totū eñ ad naturā refert̄. totus aūt ad hypoſtaſim. ſic aliud ꝛ aliqd ad naturā. alius ꝟo ꝛ aliqs ad pſonā referunt̄. Vñ Joh. Dam. Totus xp̄s eſt deꝰ pfectus. nō aūt totū deꝰ eſt. Nō eñ ſolum deus ē ſed ꝛ hō. ꝛ totus hō pfectꝰ. Nō aūt totū hō. nō ſolū eñ hō ſed ꝛ deus. Totū eñ nature ē repſentatiuū Totus aūt hypoſtaſeos. ſicut aliud quidē eſt nature. alius aūt hypoſtaſeos. ſic ꝛ hmōi.

c
Joh. Dam.

¶ Inquirit ꝛ determiat vtrū filius homis deſcenderit de celo. e

Solet etiā queri ſi cōgruēter dici poſſit filiꝰ homis vt ille hō deſcēdiſſe de celo. vel vbiqꝫ eſſe. ſic dicit filius dei vel deꝰ de celo veniſſe ꝛ vbiqꝫ eſſe? Ad qḋ dicimꝰ. Si ad vnitatē pſone referat̄ dicti intelligētia. ſane dici pōt. Si ꝟo ad diſtinctionē naturaꝝ. nullatenꝰ cōcedendū ē. Vñ Augꝰ. Una pſona ē xp̄s deꝰ ꝛ hō. Ideo dicit̄. d Nemo aſcēdit in celū niſi q̄ de celo deſcēdit ꝛc̄. Si ꝗ attēdas diſtinctionē ſubſtātiaꝝ. Filiꝰ dei deſcendit. ꝛ filiꝰ homis crucifixꝰ ē. Si ꝟo vnitatē pſone. ꝛ filius homis deſcēdit. ꝛ filiꝰ dei ē crucifixꝰ. Propt̄ hāc vnitatē pſone nō ſolū filiū homis deſcēdiſſe de celo ſ; etiā dixit eſſe i celo cū loqueret̄ i terra. Propter hanc eandē dr̄ deus glīe crucifixꝰ. q̄ tñ ex forma ſerui tm̄ crucifixus eſt. Nō tñ ſm̄ hoc ꝙ deus glorie eſt ſm̄ ꝙ glori-

Augꝰ. de tri.
d Joh. iij.
j. Cor. ij.

no ¶ Ad illud qḋ obijcit̄ ꝙ pſona illa erat cōpoſita. dicenduꝫ ꝙ nec ꝓprie erat cōpoſita. nec hoc nomē totus accipit̄ ibi collectiue vel diſtributiue. qꝛ nō ſignat collectionē aut diuiſionē ſ; potiꝰ pfectionē. Et p h pꝫ rñſio
3 ad ſequēs. c ¶ Totus eſt vbicūqꝫ eſt ſ; nō totū. Videt̄ illa duo eſſe incōpoſſibilia. qꝛ totꝰ ꝛ totū ideꝫ ſignt. ergo ſi totꝰ erat i celo ꝛ in inferno. neceſſario ſequit̄ ꝙ totū. Itē vbicūqꝫ ego ſum. neceſſe eſt me eſſe totū. ergo pari rōne videt̄ de xp̄o. qꝛ vbicūqꝫ eſt aliqd. neceſſe eſt eſſe om̄e illud qḋ nāliter ē in eo ¶ Rꝰ. dicendū ꝙ ſicut magiſter ſubiūgit. totꝰ refert ad pſonā. ſ; totū ad naturā. Et rō huiꝰ ē diſcretio ſexus importata p genꝰ maſculinū. ꝛ cōfuſio p neutrū. ꝛ qm̄ pſona xp̄i ſm̄ ſe totā vbicūqꝫ erat. tota erat. cū ſit vnica ꝛ ſimpliciſſima. natura ꝟo cū nō ſolū ſit in xp̄o ſimplex vtpote diuina. ſ; etiā cōpoſita vtpote hūana. nec iſta poſſit eſſe vbiqꝫ. ideo cōcedit mḡr ꝙ totꝰ erat vbiqꝫ. ſ; nō totū. qꝛ totus refert̄ ad diuinitatē. totū aūt ad diuinitatē ꝛ hūanitatē ¶ Ad illud ꝗ qḋ obijcit̄ ꝙ totus ꝛ totū idem ſignt. dicendū ꝙ verū eſt q̄tū eſt de impoſitiōe p̄ma. ſed rōne diſcretionis importate p generis cōſignificationē i rōne vſus vnū cōſueuit referri ad pſonā ꝛ alterū ad naturā ¶ Ad illud qḋ obijcit̄ ꝙ vbicūqꝫ ego ſum. neceſſe eſt me eſſe totū. dicendū ꝙ nō eſt ſile. qꝛ in me pſona nō ſe extendit
4 vltra naturā. Sic aūt nō eſt in xp̄o ſicut in p̄cedētibꝰ dictū fuit. d ¶ Nemo aſcēdit in celū niſi q̄ de celo deſcēdit. Videt̄ hoc eſſe falſum. qꝛ ſi ſolꝰ xp̄s deſcendit de celo. ergo ſolus chriſtus aſcendit i celū ꝛ nullus alius. qḋ eſt hereticū dicere. Itē hoc videt̄ falſum alia ratiōe cum dicit̄ deſcendiſſe de celo. Aut eñ hoc dicitur ſm̄ naturā diuinā. aut ſm̄ humanā. Scḋm diuinā nō. qꝛ ſm̄ illā nō mutat locū. Scḋm hūanā nō. qꝛ ſm̄ illā non fuit in celo ¶ Rꝰ dicendū ꝙ aſcēdere vno mō idem eſt qḋ ꝓpria virtute ſcandere ſine āminiculo virtutꝫ aliene. ꝛ hoc mō ſoli chriſto cōuenit. Alio mō aſcēdere idē eſt qḋ ſurſum ſcandere. ꝛ hoc mō cōuenit alijs ſanctis. In p̄miſſa aūt autoritate accipit̄ p̄mo mō. Vel aliter. eſt aſcēdere in celū empireū. ꝛ eſt aſcēdere in celū trinitatis. Cū ergo dicit̄. Nemo aſcendit ꝛc̄. hoc non dicit̄ q̄tū ad aſcēſum in empireū ſed q̄tū ad aſcenſum i celū trinitatis. ꝛ iſte aſcenſus nō eſt aſcenſus ad locū ſed potius ad dignitatē ꝛ equalitatē patris. Nec eſt ſm̄ acquiſitionē noue dignitatis in xp̄o. ſed ꝓpter manifeſtationē eius qḋ habuit ab eterno. Vnde ſicut dicit̄ deſcēdiſſe nō ꝓpter hoc ꝙ in eo fuerit diuinitas minorata. ſed ꝓpter hoc ꝙ in aſſumptiōe hūanitatis apparuit mi-

ficat ſuos. ꝛ tñ dicit̄ deus glīe crucifixus. Recte quidē nō ex ꝟtute diuinitatis ſ; ex infirmitate carnis. Quid ꝗ ꝓpter qd. ꝛ quid ſm̄ quid dicat̄. prudēs ꝛ diligēs ꝛ pius lector intelligat.

Predetermiata in totali iſta pte epilogat. f

e Hec deꝰ corrigia calciamenti dñici dicta ſufficiant. Nec oſſa regis ydumee cōſumant̄ vſqꝫ in cinerē.

norata. ſic etiaꝫ dicit̄ aſcēdiſſe. qꝛ i aſcēſiōe eius ſublimitas ē manifeſtata. Vñ iſte deſcēſus ꝛ aſcēſus cōueniebat diuine pſone ſm̄ diuinā naturā. relatā tñ ad hūanā. Et p hoc patet rñſio ad vtrāqꝫ obiectiōeꝫ prius factā. vtraqꝫ eñ currit de aſcēſu ꝛ deſcēſu locali.
5 e ¶ Corrigia calciamēti ꝛc̄. Querit̄ hic qd intelligit̄ p corrigiā. ꝛ quid p calciamētū. ꝛ qd p regē ydumee. ꝛ qd p oſſa eius? Rꝰ dicendū ꝙ calciamentū eſt hūanitas xp̄i tegens pedē diuinitatis. Corrigia ꝟo calciamēti eſt vnio diuinitatis ꝛ hūanitatis. Rex ydumee eſt chriſtus rōne nature mortalis aſſumpte. iuxta illud qḋ dicit̄ i pſ. in ydumeā extendā calciamētū meū. Oſſa regis ydumee ſunt ſacra xp̄i occulta ꝛ difficiliora ad pſcrutandum. hec vſqꝫ ad cinerē cōſumūtur. qñ p ignē curioſitatis adeo vult quis ea penetrare vſqꝫ ad minima. vt deuotio extinguat̄. Et hoc dicit mḡr nō eſſe faciendū. qꝛ cū loquimur de xp̄o q̄tū ad eius incarnationē ꝛ paſſionē. vel etiā cogitamꝰ. repleri debemꝰ deuotiōe. nedū tam magna ꝛ imenſa bñficia corde arido cogitamꝰ. p elationē inflemur. ꝛ p ingratitudinē areſcamꝰ. ſed ſanū cōſiliū reputet dicere cum Johāne. Non ſum dignus vt ſoluā corrigiā calciamētoꝝ eius. Credo eñ ꝙ huiꝰ calciamēti alligatura q̄āto curioſius ꝛ audacius eā quis ſoluere voluerit. tanto artius alligat̄. ideo ſequēdo mediū finis imponat̄ circa ſermonē de xp̄o q̄tū ad incarnatiōis ꝛ paſſiōis myſteriū qḋ exuperat omnē ſenſum.

Ad intelligentiā huius partis incidūt hic ſex dubitabilia. Primo querit̄ vtrū xp̄s i triduo fuerit homo. Secūdo querit̄ vtrū ſm̄ ꝙ fuerit homo fuerit in loco determiato. Tercio querit̄ de requietiōe corpis i ſepulcro. Quarto querit̄ de deſcēſu anime ad inferos. Quito querit̄ de liberatiōe animarū de inferno. Sexto ꝛ vltimo querit̄ de traductione naturaꝝ ad celos.

Queſtio. j. a

¶ Utrū chriſtus fuerit homo in triduo? Et ꝙ ſic videtur. Augꝰ. Talis fuit illa ſuſceptio q̄ faceret deum hoiem ꝛ hoieꝫ deū. ſ; illa ſuſceptio nō mutata māſit i triduo ſicut p̄us oſtenſum eſt. ergo chriſtus in triduo fuit homo. ¶ Itē magiſter Hugo de ſancto Victore. Quid ſtultius q̄ ꝙ homo tūc eſſe deſinat qñ vere eſſe incipit. Ex hoc arguit ita. Cū ergo homo factus incipiat eſſe beatꝰ qḋ ē eſſe veriſſimū. ſtultiſſimū ē dicere ꝙ tūc deſinat eſſe. ergo de quolibet homie poſt mortē verū eſt dicere ꝙ ſit homo. ergo multo fortiꝰ hoc debet cōcedi ꝛ dici de chriſto. ¶ Itē omne habens hūanam naturā eſt homo. ſed xp̄s in triduo erat habens humanā naturā. ergo xp̄s in triduo erat homo. maior ꝛ minor p ſe manifeſte ſunt. ¶ Iteꝫ quotienſcūqꝫ anima ꝛ corpus vniunt̄ in vnā hypoſtaſim faciūt hominē. ſed in triduo aīa ꝛ corpus vniebant̄ in vnā hypoſtaſim. ergo xp̄s in triduo fuit homo. ¶ Itē hec eſt vera. chriſtus in triduo iacebat in ſepulcro. aut ꝗ ſm̄ ꝙ deꝰ. aut ſm̄ ꝙ homo. Sed nō ſm̄ ꝙ deus. ergo ſm̄ ꝙ hō. ergo chriſtꝰ in triduo erat homo. ¶ Iteꝫ xp̄s in triduo nō deſijt eſſe ſacerdos. ergo xp̄s in triduo non deſijt eſſe homo. Maior patet p hoc qḋ dicit̄ in pſ. Tu es ſacerdos in eternū. Et ad Hebre. vij. Chriſtꝰ eo ꝙ maneat ineternū. hꝫ ſempiternū ſacerdotiū. Veritas illatiōis in h oſtēdit̄ ꝙ ſacerdos erat ſm̄ ꝙ hō. ¶ Item chriſtus ꝓpter aſſumptionē aīe rōnalis. rationalis erat rōnalitate creata. ſed chriſtus in triduo habuit animā rōnalē ſibi vnitam. ergo chriſtus erat i triduo rōnalis rationalitate creata. ergo erat angelꝰ. vel anima. vel homo. Sed nō erat angelus vel aīa. ꝗ erat homo. ¶ Sed contra. mortuū diminuit de rōne homis. ergo quicūqꝫ eſt hō mortuus. eſt diminutꝰ a completa rōne homis. ſed completū nō p̄dicat̄ de diminuto. ergo ſi chriſtus in triduo erat homo mortuꝰ. hec eſt falſa. chriſtus in triduo erat homo. ¶ Itē ſm̄ naturaleꝫ philoſophū homo eſt compoſitꝰ ex anima rationali ꝛ carne. ergo chriſtus in triduo non erat hō vere. ¶ Item nulla forma p̄dicat̄ de toto qꝛ forma. ſed qꝛ eſt forma cōſequens totū compoſitū. Si ergo homo p̄dicat̄ de chriſto. neceſſe eſt ꝙ nomiet formaꝫ cōſequens totū compoſituꝫ. ſed in chriſto ſoluta erat compoſitio in triduo. ergo in triduo non poterat dici homo. Maior ꝓpoſitio manifeſta eſt p inductioneꝫ ꝛ p autoritatē Auicenne qui eā ponit. Et p autoritatem Boecij qui dicit ꝙ ſpēs eſt totum eſſe indiuidui. ¶ Itē corrupto ſupiori eſſentiali neceſſe eſt corrūpi inferius. ſed eſſe viuū ſupius eſt ad eſſe hominē ꝛ eſt ei eſſentiale. qꝛ viuere eſt eſſe viuētis. ergo ſi chriſtus i triduo deſijt eſſe viuēs. ergo in triduo deſijt eē homo. nō ergo chriſtus in triduo erat homo. ¶ Item xp̄s in triduo nec videre poterat nec audire nec loqui. ꝗ ſi erat homo. erat homo cecus. ſurdus. ꝛ mutus. ſed hoc eſt abſurdū dicere de chriſto. ergo falſum eſt dicere ꝙ chriſtus i triduo fuerit homo. ¶ Itē ſicut vnio diuine nature ꝛ hūane facit deū eſſe hominē. ita vnio anime ad carnē facit eſſe animatū. ergo ceſſante vnione anime ad carnē. ceſſat eſſe animatū. et ſi ceſſat eē animatū. ceſſat eē animal. ꝛ ſi ceſſat eē aīal. neceſſario ceſſat eē homo. ergo a p̄mo cū in chriſto fuerit ſepatio anime a carne in triduo. chriſtus deſijt eſſe homo in triduo. ergo non fuit homo in triduo. ¶ Item ad hocip̄m ſunt rationes magiſtri in littera que ſup hoc fundant̄. Omnis homo aut ē mortalis aut imortalis. omnis etiā homo ē alicubi homo. ſed chriſtus in triduo nec erat mortalis nec erat imortalis. nec erat alicubi homo. Non in ſepulcro. cum non eſſet ibi niſi corpus. Nō in inferno. cuꝫ nō eſſet ibi niſi aīa. ergo
xp̄s nō fuit homo in triduo. ¶ Rꝰ ad p̄dictoꝝ intelli 6
gentiā eſt notandū ꝙ circa hoc fuit triplex modus dicendi. Primꝰ eſt ꝙ non ſolū vere xp̄s i triduo poſſit dici homo. ſed etiā hoc poteſt dici de quolibet homie mortuo. Secūdus ꝟo modus dicendi eſt ꝙ hoc non debet cōcedi de alijs. pōt tñ cōcedi de xp̄o. Tercꝰ ꝟo modus dicēdi ē ꝙ illud nō debet ꝯcedi de xp̄o nec de alijs hoibꝰ. Et p̄mū modū dicēdi tenuit mḡr Hugo

de sancto Victore. Secūdū modū tenuit mgr senten-
tiarū. Terciū vo tenet cōmunis opinio doctoꝝ pari-
siensiū. Si quis aūt velit diligēter cōsiderare quilibet
7 modus pdictoꝝ habet aliquid de veritate. Cū eñ di-
citur hoc de hoc. tripliciter pōt dici. Aut fm esse actua-
le. aut fm esse aptitudinale. aut ptim fm eē actuale.
ptim fz aptitudinale. Predicatū eñ aut dicit cētiā
subiecti. aut actum subiecti. Tūc est pdicatio fm esse
actuale qñ subiectū est ens in actu. ⁊ forma predicati
actu inheret subiecto ⁊ ē ei⁹ actus. sicut homie existē-
te dicit homo est aial. Tūc aūt est pdicatio fm eē ap
titudinale. qñ nec subiectū est actu. nec forma pdicati
actu inheret subiecto. sed necessaria ē ordinatio vni⁹
ad alterū. fundata sup pncipia nature. sicut nulla ro-
sa existēte cōcedit q rosa sit flos. Tūc aūt est pdica-
tio ptim fm esse aptitudinale. partim fm actuale. qñ
suppositū est in actu. forma vo pdicati nō inest ei fm
actū sed fm necessariā ordinationē fundata sup pnci
pia nature. Cū ergo querit vtrū christus sit homo in
triduo. si loquamur de pdicatiōe fm esse aptitudina-
le. nō tm̄ est verū de ipo. sed etiā de omni homie mor-
tuo. qz fm veritatē fidei nr̄e ⁊ sciētiā theologie. qñ hō
morit remanēt pncipia eius in quib⁹ salua est ordi-
natio nō solū respectu forme homis sed etiā hui⁹ ho-
minis. alioqn nō esset vera resurrectio. Si aūt loqua
mur de pdicatiōe ptim actuali. ptim aptitudinali. sic
pōt cōcedi de xpo q fuerit homo in triduo. quia erat
psona in actu. q̄uis forma hūanitatis seruaret i apti
tudine piūctionis aie ⁊ carnis. sed hoc nō potest dici
de aliquo alio homie. Si aūt loquamur de pdicatiōe
simpliciter actuali. nec de xpo nec de alio homie est ve-
rū dicere q sit homo q̄diu aia est sepata a carne. Ni-
hil eñ facit hoiem esse actu nisi actualis piunctio aie
cum carne. Si ergo isti tres modi dicēdi intelligunt
fm tres pdictos modos pdicandi. sic in omnib⁹ re-
perit veritas. ⁊ nulla est inter eos ptrarietas. Et verū
sensit Hugo de sancto Victore. ⁊ verū dixit mgr si in-
telligūt iuxta modos passignatos. ⁊ verū tenet cōmu
nis opinio. Et p h ad oēs rōnes ad vtrāqz partē ad-
ductas satis pōt patere rñ°. Verūtamē si vba Hugo
nis velim⁹ amplius cōsiderare. inuenim⁹ eū christuz
sensisse fuisse hoiem in triduo ⁊ quēcūqz aliū hominē
mortuū. nō solū q̄tum ad esse aptitudinale sed etiaz
q̄tum ad esse actuale. Posuit eñ q post mortē salua
ret esse homis. ⁊ q aia sepata esset psona. ⁊ q iterum
multo fortius deberet homo dici anima q̄ corpus si
hoc admitteret vsus. Unde arguit in hūc modū. Cū
homo ex aia ⁊ corpe constet. tamē pter vnā partē q̄
est corpis dicit hō corpus. multo g̃ magis fm partez
illā q̄ est anima debet dici aia. Et i hoc dicto magister
Hugo cōmunit nō sustinet. Nec eñ aia sepata ē pso
na sicut ostēsum fuit supra. nec homo est anima sua.
nec verius est homo cū morit q̄ cū viuit q̄tū ad esse
nature. licz fortassis possit augeri in eo esse gratie. nec
corpus fm q est ps integralis homis pdicat de hoie
⁊ ideo nō sine causa opinionē magistri Hugonis cō-
munis opinio nō approbat in pte ista. Magister aūt
sentētiaꝝ nō solū voluit dicere q xps in triduo fuiss3
homo pdicatiōe ptim actuali. ptim aptitudinali. imo
q hoc dixerit. vere ⁊ actualiter volūt aliqui hoc impo-
nere ei. qz fuit de tercia opinione q̄ dixit xpm hominē
fm habitū. Unde nolebat dicere q actu esset homo.
qz actu nō habebat naturā humanā. Sed hoc nō est
imponēdum magistro. qz error est sicut in pcedenti-
bus ostēsum fuit. Nec ex verbis magistri pōt expsse
haberi. sed alia de causa hoc dixit. Intellexit eñ i xpo
duas fuisse vniones. videlicz. vnionē anime ad car-
nem. ⁊ vnionē diuine nature ⁊ hūane. Unio diuine
nature ⁊ hūane faciebat xpm esse hoiem. iuxta illud
qd dicit Aug⁹. Talis fuit illa susceptio vt faceret deū
hominē. Unio vo anime ad carnez faciebat hominē
illū viuere. Quia g̃ in triduo mansit vnio diuinitat̄
ad humanitatē. ⁊ soluta fuit vnio aie ad carnē. hinc ē
q posuit magister q xps in triduo nō desijt eē homo.
sed desijt viuere. ideo verū est dicere fm ipm de xpo
q fuit homo in triduo. ⁊ q fuit homo mortuus. q̄uis
nō possit dici de aliquo alio. Et in hoc etiā mgr defi-
cit. qz ad hoc q aliquis sit homo. necessario pexigit
di. Ad illud qd obi q charitas est amor liberalis. 25
dōm q q3uis liberalitas q3tū ad suā cōpletionē re-
spiciat alterū.tm̄ q3tū ad suū initiū p9 respicit ipm q
liberalitatē impendit.sicut z misericordia de q dictū ē q 26
pmo dz hō suipius misereri. Ad illud qd obi q
amor charitat supueniēs tollit curuitatē nāe. dōm

q quedam est curuitas nature que sonat in vicium
z corruptionē.quedam que respicit ipius nature in-
trinsecam inclinationē. Prima est q qs diligit se pl9
q3 deū.Scda est q qs diligit se pl9 q3 pximū.Gratia
aūt supueniēs pmā corrigit z tollit. scdam vo diri-
git et cū ea currit.z sic rō illa nō valet.qm̄ nō est sile
27 hinc z inde. Ad illud qd obi q debem9 volūtatez
nostram volūtati diuine cōformare.dōm q deus cū
dicit alterū altero magis diligere.hoc nō ē qz inten-
sius diligat vnū q3 reliquū.cū circa ipsi9 amorez nec
cadat intensio nec remissio.s h dr qz vnū ordinatur
ad maius bonū q3 reliquū.z h bene pōt cōcedi.q qs
magis dz diligere pximū q3 se.cū pximus ipm exce
dat in merito.sed ex hoc nō seqt q amor pximi me-
lioris pponderet amori sui.Ordo em̄ charitatis nō
attendit penes magnitudinē boni optabilis. s3 pe-
nes pponderationē affectionis diligētis.Et si tu ob
ijcias q deus vult q magis amem9 honorē suum q3
cōmodū nostrū.et magis appreciemur qd mag est
appreciandū.dōm q verū est q dei honor pl9 dz i cor
de nostro pponderare q3 nostrū cōmodū. tm̄ chari-
tas nūq3 sepat honorez dei a pmodo nostro spūali.
nec est volūtatis diuine vt nos appetam9 aliqd qd
sit in demeritū salutis nostre pter honorē suū. Sic
em̄ essentiale est nāe appetere esse.sic essentiale ē grē
appetere deo placere z deo adherere.ideo deus nun
q3 illud a nobis exigit vt magis salutē alienā q3 p-
priā diligam9.Et qd dicit aplus q optabat anathe-
ma a xpo esse.illud intelligit ad tps et sub pditōne.
vicz si optabile eēt.

Questio.iiij. d

De ordine charitatis p pparationē patris ad filiū.Et
querit.Utrū magis sint diligendi pentes q3 filij.an
ecōuerso:Et q pmo sint diligendi pentes. vr.pmo
p mādatū dn̄i.pcipit em̄ honorare pentes Exod.xx.
Honora prēm tuū zc.si g mādata dei tradita sūt fz
ordinē charitatis.vr q amor charitatis pncipalius
ad pentes q3 ad filios hz ordinari. Itē aucte am
bro.q hr in lra.dicit em̄ q pmo diligend9 est de9. se-
cūdo pentes.tercio filij. Itē hoc ipm vr rōne. qm̄
fm legē charitatis grati debem9 eē de beneficijs acce
ptis.s3 plura bñficia accepimus a pentib9 q a filijs.
g magis debemus eis eē grati.sed q magis est grat9
alijs magis ipm diligit.g pentes in ordine charitat
sunt filijs pponendi. Itē principiatū pl9 pendet a
principio q3 ecōuerso.s3 vbi est maior depēdētia ibi
est maior inclinatio.z vbi maior inclinatio ibi maiō
amoris puersio.cū g habens patrē z filiū ad patrez
cōpat sicut pncipiatū ad principiū.ad filiū vo sicut
principiū ad pncipiatū.vr q fm regulā amoris ma
gis dz puerti ad patrē q3 ad filiū. Sed 3.ij.Cor.
xij. Nō debent filij thesaurizare pentib9 sed pentes
filijs.sed nemo dz thesaurizare nisi ei quem diligere
debet.si g magis debēt thesaurizare pentes filijs q3
ecōuerso.magis debēt fm charitatis ordinē pentes
filios diligere q3 filij pentes. Item fm ordinē na
ture humor pcedit a radice ad ramos z nō ecōuer-
so.si ergo puersio amoris in rōnalibus similis est de-
riuationi hūoris in vegetabilibus. z pater cōpatur
ad filios sicut radix ad ramos.vr q fm rectuz ordi-
nē amplius sint diligendi filij q3 pentes. Itē cha
ritas respicit boni cōicationē fm pueniētiam z cō-
formitatē.s plus boni cōicant parētes filijs q3 ecō-
uerso.g vr q amor charitatis fm rectū ordinē pri9
et abundantius reddat habilē ad diligēdū filios q3
pentes. Item gratia est pfectio nature.s videm9
q naturaliter hoies plus diligūt filios q pentes. er-
go vr q consimilis ordo debeat esse in amore gratui
to. Rx.dōm q sicut dicit Ambro.fm ordinē cha- 28
ritat pentes pponendi sunt filijs. z hoc intelligēduz
est ceteris parib9 sicut infra manifestabit. Ratō em̄
huius est.qz amor gratuit9 facit memorē eē pceptorū
beneficiorū.pter quod z sacra scriptura pcipiendo
z admonendo inducit nos ad patna beneficia reco
lenda.et qz plura beneficia recipim9 a pentib9 q3 a fi
lijs.iō fm ius diuinū plus eis tenemur. z magis co-
rū salutē diligere z pcurare debemus. Et pcedende
sunt rōnes q hoc ostendunt. Ad ratōnes aūt que in 29
oppositū adducunt rñdendū est.q ille rōnes currūt
de dilectione naturali fm quam magis inclinat af-
fectus hois ad filios q3 ad patrem.Et rō hui9 est.q a
natura appetit pseruari in suo sili.z magis diligit il
lud in quo hz principalius saluari. z qm̄ pater habz
saluari in filio fm ordinē nature z nō ecōuerso.hinc
est q fm nature ordinē.maiorē hz ad filiū inclinati-
onē.qz magis vult ipm q patrē habere supstitē. Di-
lectio aūt gratuita magis respicit beneficiorū collati
onem.z supnorū ciuiū completionē.ad quam indif-
ferenter pentes z filij compant.et p hoc pz rñsio ad
illa tria que primo obijciebāt. Ad illud vo qd vl 30
timo obi q gra dz eē pformis nature. dōm q natu-
ra in quibusdam currit via consona cū gratia. in q-
busdam currit via opposita.in quibusdā via dispa-
ta. In hoc em̄ q homo plus diligit se q pximū. na-
tura gratie pcordat sicut supra ostensum est. In hoc
q diligit se plus q3 deū ipi gratie repugnat. In h au
tem q diligit filium plus q patrem.qz intendit sal-
uari in illo. pcedit quasi via diuersa.Et iō gratia su-
pueniens ordinē in pmo affectu saluat z pficit. in se
cūdo simpliciter imutat.in tercio vo nouū ordinem
dat.ita tm̄ q affectū illū nō extermiat. Un̄ estimo q
homo habens charitatem.et habens parentes et fi-
lios.dū mouet affectu gratuite dilectiōis.magis de-
siderat pentū salutē.Dū mouet affectu nature.ma-
gis desiderat filij sanitatē. Nec est hic oppositio dile
ctionis naturalis ad gratuitam pter psiderationē
diuersam.

Questio.v. e

De ordine charitatis p cōpationē domestici ad ex-
neū.Et qr.Utrū domesticus sit exneo ppond9:Et
q sic.vr.p illud qd di Gal.vlti.Operemur bonum ad
oēs.et maxime ad domesticos fidei.Et.j.Thim.v.
Si quis suorū z maxime domesticorū curā nō habet.
fidē negauit.z est infideli deterior. Preterea ex vtraq3
auctū istarū ostendi pōt q domesticus extraneo de-
bet preferri.per vnam ostēdit positiue. p aliā destru
ctiue. Itē hoc ipm ondit aucte Ambro.q ponit in
lra.qui dicit domesticos collocādos eē qnto loco in
ordine charitatis.extraneos vo in sexto. Itē hoc
ipm vr p rōnē.diffusio caloris corpalis pus ē ad lo-
ca ppinqora q3 ad remotiora.g a sili cōicatō amoris
spūalis pus respicit nālit qd est ppinquū q qd est re
motū.si g domestici sunt ppinqores nob q exnei vel
inimici.videt q in ordine charitatis pmo sint collo
candi. Itē ad illos pus z principali9 charitas or-
dinat qbus magis astringimur z ligamur. ordo em̄
charitatis psonat legi iusticie.s fm legē iusticie ma-
gis obligamur domesticis q3 extraneis. g domestici.

preferri debent extraneis in ordine charitatis. ¶ Sz
contra. Col. iij. Renouamini ꝺm nouū hoiem. vbi ñ
est masculus neqꝫ femina. gētilis ꝛ iudeus. ſ oia i oi
bus christus. ḡ ꝺm hoc homini habenti charitatē ne
mo est extraneus. ḡ ꝺm legē charitatis nulla est di-
stinctio. nullus ordo inter domesticū ꝛ extraneū.
¶ Itē aug. in li. de vera relig. Nō sic homo ab hoīe
diligendus est vt diligunt carnales fratres. vel filij
vel cōiuges. vel cognati. vel affines. aut ciues. Naꝫ
ista dilectio est corpalis. Non eñ tales necessitates
haberemus que nascēdo ꝛ moriendo ꝯtingūt. si no-
stra natura in pceptis ꝛ imagine dei manens. in istā
corruptionē nō relegaret. ḡ vr̄ ꝙ ordo charitatis pe
nes extraneum ꝛ domesticū ꝛ ꝓpinquū nullaten⁹ at-
tendat. ¶ Item rō diligendi ꝓximū ex charitate est
ipa imago dei. si ḡ domestic⁹ ꝛ extraneus equalit̄ sūt
dei imago. vr̄ ꝙ ex charitate equaliter sunt diligendi
¶ Itē charitas diligit bonū qꝛ bonū. ḡ ille q̄ est ma-
gis bonus magis est ex charitate diligendus siue sit
domesticus siue extraneus. ḡ ꝓpinquitas ꝛ familiari
tas vel extraneitas nihil vident̄ facere ad ordinem
31 charitatis. ¶ R̄ᷓ. ad p̄dictoꝝ intelligentiā est notan
duꝫ ꝙ predictus ordo q̄ assignat̄ ꝺm has drn̄tias q̄
sunt ꝓpinquū ꝛ remotū. domesticū ꝛ extraneum. a q̄
busdā dr̄ eē ipius dilectionis naturalis. charitat̄ aūt
nō est nisi tolerantis. sustinet eñ charitas in via (cū
sit impfecta) impfectionē ipsius nature. Vñ hi volu
erūt dicere ꝙ ordo charitatis q̄ cōpetit ei ꝺm se. attē
dit̄ penes maius bonū ꝛ minus bonū. nō aūt ꝺm ꝓ
pinquū ꝛ remotū. Sed hic modus dicēdi nō vr̄ con
cordare verbis ambro. nec etiā verbis mgr̄i. Nā am
bro. ordinem hunc assignat in ipsa dilectione gratui
ta qua dicit sponsa in canticis. Introduxit me rex i
cellā vinariā. ordinauit in me charitatem. Et mgr̄ in
principio dist. dicit ꝙ peccat q̄ ꝑposterē agit ꝛ hunc
ordinē puertit. qḋ nō esset si talis ordo solūmodo es
set charitatis sicut tolerantis. Et iō ē alius mod⁹ di-
cendi ꝙ ordo q̄ attēdit̄ penes ꝯdictas drn̄tias non
tm̄ est ipsius charitatis sicut tolerantis. ſ etiā ē ipsi⁹
sicut regulantis naturā ꝛ ei ꝯsonantis. Qꝛ eñ pmo
diligant̄ ꝓpinqui q̄ extranei hoc nō est nature inor-
dinate. sed potius de ordine nature. Sicut eñ prius
tactum est rectus ordo diffusionis est vt pl⁹ cōicet̄ ꝓ
pinquiori ꝛ deinde remotiori. Qm̄ ḡ charitas rectuꝫ
ordinē a natura nō aufert. hinc est ꝙ charitas supue
niens illū ordinē nature pficit. ꝛ pficiendo dicit̄ eo-
dem ordine ordinari. nō qꝛ ordo ille cōpetat sibi ꝺm
32 se. ſ qꝛ cōpetit ei rōne nature in qua est. Propter qḋ
attēdēdū ꝙ duplex ordo attendit̄ in charitate. Vn⁹
q̄ ei cōpetit ꝺm seipam. ꝛ iste ordo attēdit̄ penes bo-
nū. ꝛ magis bonū. ꝛ maxime bonuꝫ. Vñ charitas de
se magis mouet ad amādū spm̄ q̄ corp⁹. ꝛ deū sum-
mū q̄ spm̄ creatū. Ali⁹ vo est ordo q̄ ꝯpetit ei rōe na-
ture substrate. ꝛ hic attendit̄ ꝺm drn̄tias has q̄ sunt
ꝓpriū ꝛ alienū. ꝓpinquū ꝛ extraneū. Affect⁹ eñ chari
tatis substernit sibi affectū nature. ꝛ illum pficit ꝛ re
git ꝺm illud qḋ hꝫ in se rectitudinis. Concedendū ē
ḡ ꝙ ꝺm ordinē charitatis domestici ꝑponēdi sunt ex
traneis. Rōes aūt que hoc oñdūt ꝯcedēde sunt.
33 ¶ Ad illud qḋ obī ꝙ in xp̄o ihu nō est distinctio ma
sculi ꝛ femine. imo om̄s vnū in xp̄o. dōm ꝙ apl's per
hoc nō vult excludere distinctionē ꝛ gradū ꝛ ordinē
in mēbris christi. ſ hoc vult oñdere ꝙ in oi sexu ꝛ eta
te ꝛ ꝯditiōe quisqꝫ pōt ꝑ xp̄m ꝑuenire ad salutē. ita

q̄ nullus excludendus est a finē. ꝛ ꝓpterea et hoc nō
habet̄ ꝙ charitas in diligēdo mēbra xp̄i nō seruet or
dinē. ¶ Ad illud qḋ obī de aucte aug. de vera relig. 34
rn̄deri pōt ꝙ illā aucte ipe retractat in libro retracta
tionū. Aliter etiā pōt dici ꝙ aug. nō vult remouere
a charitate ꝯsideratiōeꝫ illaꝝ ꝯditionuꝫ simpliciter.
sed hoc vult dicere ꝙ charitas illas ꝯditōnes nō cō-
siderat pmo ꝛ pncipaliter ꝺm ꝙ amor natural' ꝛ car
nalis. et hoc pꝫ ꝑ illud qḋ subiungit. amare eñ in ho
mine qḋ filius est. hoc nō est in eo amare qḋ ad deū
ꝑtinet. sed qḋ ꝑtinet ad se. ꝯstat ꝙ de eo itelligit q̄ di-
ligit principaliter filiū qꝛ est ab eo genitus. nō qꝛ est
ad dei imaginē factus. Et ꝓpterea ex aucte illa nō hr̄
ꝙ penes illas ꝯditiōes nō attendat̄ ordo charitatis
ſ ꝙ nō sunt principales rōnes diligendi ex charitate
Quis aūt nō sint pncipales. pūt tn̄ esse annexe ꝛ cō
comitantes. ꝛ ex hoc ad charitatis ordinē faciētes.
¶ Ad illud qḋ obī ꝙ rō diligendi ꝓximū est imago. 35
dōm ꝙ ista est rō cōis ꝛ generalis. ſ preter hanc pn̄t
eē alie spāles. Ordo aūt ꝛ distinctio q̄uis nō atten-
dat̄ penes generales. attēdi tn̄ pōt penes spāles. Et
ꝓpterea q̄uis domesticus ꝛ extraneus sint vniformi
ter ad imaginē dei. nō tn̄ sequit̄ ꝙ sint vniformit̄ di-
ligēdi. ¶ Ad illud qḋ vltimo obī ꝙ charitas diligit 36
bonū qꝛ bonū. dōm ꝙ verū ē de ipa charitate ꝺm se.
sicut eñ pretactū est ordo ei⁹ in se attendit̄ penes bo
nitatē maiorē vel minorē. ſ in charitate nō tm̄ attē-
dit̄ ordo ꝺm se ſ etiā rōne nature substrate. ꝛ rōne il
lius assignat̄ ordo inter domesticū ꝛ extraneū. et sic
pꝫ ꝙ rō illa nō repugnat ordini charitatis.

Questio. vj. f

Utrū ordo charitatis attēdat̄ penes affectū tm̄. an
sit̄ penes affectū ꝛ effectuꝫ: Et ꝙ penes vtrūqꝫ. vr̄. j.
Ioh. iij. Diligamus nō verbo neqꝫ lingua. ſ ope et
veritate. non est ergo vera dilectio nisi sit in corde ꝛ
ope. in affectu ꝛ effectu. ḡ pari rōne nō est verus dile
ctōis ordo nisi penes illoꝝ vtrūqꝫ attendatur. ¶ Itē
Greg. in quadā omel'. Probatio dilectionis est exhi-
bitio opis. ḡ vbi est maior opis exhibitio. ibi ꝓbatur
maior eē dilectio ꝛ econuerso. si ḡ charitas ordinata
est in diligendo. vr̄ ꝙ ordinari debeat in corde ꝛ in fa
cto. ¶ Item ordinatio in effectu ortū hꝫ ab ordina-
tiōe in affectu. si ḡ charitas ordinari dꝫ in effectu. ne-
cesse est ꝙ prius ordinet̄ in affectu. ſ charitas ordia-
ta est q̄tū ad effectū sicut pꝫ ꝑ illud qḋ dicit aplus.
Operemur bonum ad omnes. maxime autem ad do-
mesticos. ḡ necesse est charitatē ordinatā esse q̄tum
ad affectū. ¶ Itē magis pensat deus ex q̄to hō facit
q̄ quantū facit. ḡ si ordo charitatis est deo accept⁹.
videtur ꝙ non solum cōsistat in opere exteriori ſ eti
am in affectu interiori. ¶ Sed contra. ꝙ non consi-
stat in affectu videt̄ ꝑ illud quod dicit puer. xviij.
Vir amicabilis ad societatem magis erit amicus q̄
frater. sed ꝯstat ꝙ illa amicicia de qua sapiens loqui
tur nō aduersat̄ ipi charitati. imo potius est ei con-
sona. ſ ꝺm istaꝫ dicit ꝙ magis diligit̄ homo bone so
cietatis q̄ frater ꝺm carnem. videt̄ ergo ꝙ ꝺm preas
signatas drn̄tias nō attendatur ordo dilectionis q̄-
tum ad affectum. ¶ Itē dilectio in familiaritate cō
sequit̄ ad dilectionem et affectum diligendi. ſ multi
sunt qui plus delectantur loqui cum amico suo q̄ ꝑ
orationem loqui deo. ergo videtur ꝙ nullus tal' cha-
ritatē habeat ordinatā. qḋ valde durū vr̄ dicē. ¶ Itē
ꝙ nō attēdat̄ penes effectū vr̄. qꝛ multi sūt impoten

tes ad ipendēda opa dilectiōis. ḡ tales nō pn̄t habe
re ordinē charitatis. qḋ si hoc ē falsū. ꝯstat ꝛ̄ c. ¶ Itē
si ordo charitatis attēdat̄ penes affectū. ḡ recte ꝛ ꝺm
ordinē charitatis agit q̄ ꝑbendale bn̄ficiū poti⁹ dat
suo cōsaguineo q̄ extraneo qḋ rephēdit ꝓpha Aba
cuc. Ve qui edificat syon in sanguinib⁹. Et Ezechel.
xliiij. Sufficiat vob dom⁹ israel q̄ introducitis incir
cūcisos in sanctuariū dei. vbi rephendunt̄ illi q̄ bene
ficia ecclesiastica magis cōferūt domesticis q̄ alijs.
37 ¶ R̄. ad predictoꝝ intelligētiā ē notādū ꝙ ꝺm ꝙ di
cit mgr̄ in lr̄a. aliq̄ dicere voluerūt ꝙ hmōi ordo cha
ritatis attendat̄ solū quātū ad effectū exteriorē. non
quantū ad affectū interiorē. nisi ꝑ cōparationeꝫ nr̄i ad
deū. ꝑ cōparationē aūt ꝓximi ad ꝓximū solū ꝯsistit or
do quātū ad exteriorē effectū. Et innitunt̄ his aucti-
bus Augu. q̄ in littera ponuntur in quibus videtur
expresse sentire ꝙ ordo charitatis respectu proximi
attendatur solum in exterioris operis exhibitione.
Et hocipm videtur dicere in li. de vera r̄ligione. vbi
dicit ꝙ hec ē pfecta iusticia. vt plus potiora bona. et
minus minora diligam⁹. Ex quo vr̄ posse elici ꝙ iste
drn̄e ꝓpinquitatis nihil faciūt ad effectū dilectionis.
Verūtn̄ sicut dicit mgr̄ in lr̄a. et verba Amb. sonāt.
et rōes pmo inducte cōprobāt. ordo charitatis ꝑ cō-
parationē nostri ad ꝓximū. et vnius ꝓximi ad alterū.
nō solū attendit̄ ꝺm effectū. verū etiā ꝺm affectū. Et
hocidē intelligendū ē ceteris alijs parib⁹. Si eñ in
duobus dilectis ē par dignitas et necessitas. quātuꝫ
ē de istis ꝓprietatibus et cōditionibus equaliter sūt
amādi effectu et affectu. ſ si in altero illoꝝ supaddit̄
sanguis ꝓpinquitas. facit ipm magis amabilē vtro
qꝫ mō. Et isto mō intēdit Amb. charitatis ordinē as-
signare respectu ꝓximoꝝ. Qḋ notat cuꝫ dicit. ꝙ do-
38 mestici si boni sint. malis filijs sint ꝑponēdi. Et si tu
queras cū ad ordinē charitatis cōcurrāt meriti dig-
nitas et indigētie oportunitas. sicut et ꝓpinquitas.
quare magis Amb. assignat ordinē charitatis penes
ꝓpinquitatē q̄ penes bonitatē vel indigētie necessi
tatē. dōm ꝙ ꝯditio necessitatis nec ē nobis ita nota.
nec ē in se ita stabilis et firma sicut ꝓpinq̄tatis cōdi
tio. Aliquis eñ q̄ hodie ē malus. cras erit bonus. et
qui hodie ē minus bonus. cras fortassis erit melior.
Simili ē de necessitate et oportunitate. et iō penes
gradus necessitatis. bonitatis. et oportūitatis. non
potuit ita certitudinaliter ordo charitatis assignari.
sicut penes cōditōes ꝓpiq̄tatis. Cōcedēdū ē ḡ ꝙ or-
do charitat' ꝺm drn̄as pasignatas ñ solū attēdit̄ q̄n
tū ad effectū exteriorē. ſ etiā q̄tū ad affectū iteriorē.
ꝛ hꝫ itelligēdū ē alijs pibus. Vñ et rōes q̄ hꝫ oñdūt cō
39 cedēde sūt. Ad euidētiā aūt rationū q̄ adducūt̄ in
cōtrariū notādū ē ꝙ multipliciter cōtingit affectum
nr̄m accipi. ꝛ effectū mltiplicē repiri. ita ꝙ ordo cha-
ritatis nec oēm affectū respicit vniformiter. nec oēm
effectū. Accipit̄ eñ aliq̄n affectus ꝓ passiōe. aliq̄n ꝓ
motu. ita ꝙ affect⁹ passio dr̄ quedā mulcebris cōpla-
centia. Affectus vero mot⁹ dr̄ quedā rōnalis diligē
tia. Affectus aūt motus duplicit̄ adhuc accipit̄. Nā
quidā ē a charitate elicitus. quidā impatus. Affect⁹
a charitate elicitus ē ille quo quis optat alteri sūmū
bonū. Affectus vo impat⁹ quo quis optat alij aliqḋ

bonū tpale qḋ ē ordiatū ad ꝯseruationē nature. Sic
ḡ triplex ē affectus. vnus a charitate elicitus. quo q̄-
dē opto alicui bonū sūmū. Ali⁹ impatus. quo opto
alicui terrenū bonū. Tercius vo annex⁹. q̄ delector
in alterius bono. qui magis tenet rōem passionis q̄
motus. Et cū sit triplex affectus. ordo charitatis pas
signatus r̄spicit affectū a charitate elicitū pncipalit̄.
qꝛ magis mihi debeo optare beatā vitā q̄ alij. et p⁹
me magis patri meo q̄ alij. et sic vlterius ꝓcedēdo.
affectū vo impatū respicit minus pncipalit̄. Vñ pro
diuersis oportunitatib⁹ et cōditionib⁹ ordo quātuꝫ
ad illū affectū pōt variari et ꝑposterari. Affectuꝫ vo
ānexū q̄ est passio mulcebris. minime r̄spicit ordo cha
ritatis. qꝛ ille potius respicit sensibilē experientiā q̄ ra
tiōis eligētiā. sicut pꝫ. qꝛ plus delectat̄ aliq̄s et gau-
det in respiciēdo sociū quē videt p̄ntem. q̄ in recolē-
do patrē qui absens ē. q̄uis ipm magis diligat. cui⁹
signū est ꝙ ꝓ patre faceret multa maiora. Similiter 40
ex pte effectus distinguēdū ē. Nā quidā ē effectus si
ue beneficium qui respicit psonā singularē. et ille du
plex ē. Vn⁹ eñ ē qui respicit aīe salutē. Ali⁹ vo q̄ re
spicit sustētationē vite p̄sentis. Quidā ē effect⁹ qui re
spicit psonā spūalē ꝯmūeꝫ. sicut collatio bn̄ficij eccle
siastici. et sic triplex ē effectus exterior. Vnus q̄ est ꝓ
curatio eterne salutis. Alius qui est releuatio tpalis
necessitatis. Tercius vo qui ē cōmissio beneficij ec-
clesiastici. qui ē quodāmō spūalis. Primū aūt istoꝝ
effectuū respicit ordo charitatis pncipalit̄. pmo eñ
debeo procurare salutem meam q̄ salutem ꝓximi.
et primo salutem patris q̄ alicuius alterius. et sic
deinceps ꝓcedēdo. Scōm vero effectū r̄spicit min⁹
pncipaliter. qꝛ ꝺm diuersas oportūitates pt̄ et debet
hō magis et min⁹ eē beneficus in collatiōe alic⁹ cō-
modi tpalis. Terciū vero effectū q̄ ē collatio alic⁹ be
neficij ecclesiastici minime respicit ordo charitatis. in
collatiōe eñ taliū bn̄ficioꝝ multū attēdēda ē meriti
dignitas. et paꝝ aut nihil sanguis ꝓximitas. Veren
dū eñ valde ē ne sub pallio charitatis. affect⁹ lateat
carnalitatis. Ex his patet oia que dicta sūt. ¶ Ad il- 41
lud eñ qḋ pmo obī de affectu amicabili q̄ ē ad sociū
magis q̄ ad fratrē iā patꝫ rn̄sio. qꝛ illud intelligit̄ de
affectu q̄ ē cuiusdā mulcebris cōplacētie. rōe cui⁹ pl⁹
delectat̄ hō habitare cū bono socio q̄ cū fratre vl' cuꝫ
ꝯsanguineo. ¶ Ad illḋ qḋ obī ꝺ hoc ꝙ pl⁹ delectat̄ 42
hō loqui cū amico q̄ loq̄ cū deo. silr iā pꝫ rn̄sio. qꝛ ta
lis ꝺlectatio seq̄t̄ sensibilē experientiā. Et qꝛ ꝓximum
suū videt. deū āt nō videt. hinc ē ꝙ pl⁹ ꝺlectat̄ aliq̄n
alloq̄ ꝓximū q̄ orare deū. licet multo pl⁹ dū diligat
q̄ amicū suū. Licet aūt iste affect⁹ in viris carnalib⁹
q̄ huic mūdo dediti sūt aliq̄ mō sit tolerabilis. in vi-
ris tn̄ spūalib⁹ quoꝝ ē experiri q̄ suauis et dulcis ē
dn̄s valde ē rephēsibilis. ꝛ cū magna diligētia dꝫ ex
tirpari. ¶ Ad illḋ qḋ obī ꝙ effect⁹ non ē in ptāte nr̄a. 43
dō. ꝙ ꝛ si nō sit in ptāte nr̄a effectū exteri⁹ ipēdere. ē
tn̄ in ptāte nr̄a ipm effectū velle. et qn̄ volūtas pfec-
ta ē. ꝓ facto reputat̄. et iō defectus potētie in exeq̄n
do. nō tollit ordinē charitatis. q̄ quātū ad effectū ex-
teriorē hꝫ attēdi. ¶ Ad illḋ qḋ obī ꝺ bn̄ficio ꝑbēdali
iā pꝫ rn̄sio. qꝛ q̄ntū ad illū affectū minime (vt dictū
est) attendit̄ ordo charitatis.

Distinctio. xxx. de charitate q̄tū ad meriti pfectionē.

Hic solet queri quid potius sit ꝛc̄. Supra egit mgr̄ de charitate q̄ntū ad eēntiā et diffinitionē. et quātuꝫ ad diligibiliū distinctionē et quantū ad ordinē. Hic sequit̄ quarta ps in qua agit de eadē q̄ntū ad meri ti pfectionē. Diuiditur aūt pars ista in duas ptes. In quaꝝ prima determiat de pfectiōe charitatis in meri-

to quantū ad ēius motus compatos admīcē. vtpote de dilectiōe amicoꝝ et inimicoꝝ. In scēda vero agit de eadē in cōpatiōe ad diligētē. ibi. Illō vō qđ sequit magis nos mouet. rē. Prima ps diuidit in tres ptes. In ꝑma mouet qōes et determiat ſm suā opiones. In scda vero introducit autoritatē Aug. q̄ fuc rūsiōi vī obuiare. ibi. Aug. tñ sentire vī. In tercia vō predictā auctem explanat. ibi. Ecce hic haberi vī qđ z ptaxauim⁹. Silr scda ps tres hz ptes. In quarū ꝑma introducit qōes q̄ ex auctibus Aug. hz origīē. q̄ querit de dilectiōe īmicoꝝ. in cōpatiōe ad diligētē. In scda vero ponit determiatiōē quoꝝdā. ibi. Quidā qđ dic ꝺ̄ simplicit, tenere volētes. In tercia subiungit determinationem suam. ibi. Sed melius est vt intelligatur rē.

1 a Obscura ē rūsio rē. Hoc vī ē simpliciter falsuꝫ. q: cū actus diuersificent ꝑ obiecta. z amic⁹ z inimic⁹ sint diuersa obiecta. diuersi: diligibilia. ipossibile ē q̄ amicū et inimicuꝫ ēs diligat vno motu. Itē vī ꝺ̄ ſipler z finita ad q̄cūq; se ꝙuertit. talit se ꝙuertit. ſ bō diligēdo amicū cōuertit se ad ips. q̄ñ vī q̄ vno et eodē motu simul. et sic possit diligere inimicū. R. dōz. q̄ ꝺ̄uis illud qđ dicit mḡr hic nō sit vſq; quaq; bene intelligibile. possum⁹ tñ vtriuq; exponere et ips saluare dupliciē. primo sic. cōuenit ēñ erga aliquē affici dupliciter. vel ꝑpzie z distincte et sub ꝑpria ratiōe. vl in quadā generalitate cū alijs. Sicut verbi gra dupliciē pōt ēs affici in amādo ꝑe trū. Aut q: ſpāliter afficit circa ips. aut generaliter cogitat oēm hōiez cē diligendū. et generaliter circa oēm hōiem afficitur ſm q̄ exigit ordo charitatis. Si primo mō accipiaꝫ motus dil ectōis in amicū. sic nō ꝑt vn⁹ et idē mot⁹ q̄ ē in amicū cē in inimicū. sicut rōes inducte oñdunt.

Si vō scdo mō. sic ꝑt cē idem. et hoc mō accipit mḡr cū dicit q̄ pōt cē vn⁹ respectu vtriuslꝫ. Aliē aūt pōt sustineri vt dicāmus q̄ dupliciter cōtingit vim aliquā moueri in obiectū. Aut motu simplici et absoluto. aut motu collatiuo et q̄dā mō cōposito. Si loquamur de motu simplici et absoluto. sic nō pōt vn⁹ et idē cē in amicū et inimicū. imo diuersi sūt. quoꝝ vn⁹ est intensior et alter remissior. Si vō de motu collatiuo quo q̄s afficit circa aliqua duo vnū alteri ꝓponēdo. sic pōt cē motus vnius ſm q̄ dicit mḡr ſm aliq̄d sui itēsior. ſm vō aliquid remissior. ſm hoc patz rūsio ad ea q̄ obiciunt. nā illa duo ꝓcēdūt de actu simplici et absoluto. q̄ ē respectu vnius obiecti tñ. actus vero collatiu⁹ pōt ē respectu duoꝝ sub rōe vn⁹. Ad illud qđ obi q̄ vī affectiōis nō pōt sīl conuerti patz rūsio. Et hoc ēñ nō cōcludit q̄ nō possit cē vn⁹ mot⁹ collatiu⁹. q: in eo ē repire ꝑus et posterius.

2 b Proculdubio verba spōsionis h⁹ implent. rē. Contra. Si nō dimittit anteq̄ roget. seruat irā. ꝓmo. z si seruat irā. charitatē nō hz. ꝙ in oratiōe sua nō est dign⁹ exauditiōe. nec vī q̄ oret recte. Item sicut in ꝓcedētib⁹ ꝓbatū ē oēs tenent inimicos suos diligere etiā inimicias exercētes. q̄ oēs tenent eis etiam nō rogati offensas dimittere. R. dō. q̄ ē dimittere rancoꝛē. et dimittere signa rancoꝛis. Dimittere rancoꝛē necessitatis

XXX.

Mouet qōem et determiat ſm suā opinionez. Utꝛ meli⁹ sit diligere amicos q̄ inimicos vl ecōuerso. a

Jc solet queri qđ poti⁹ sit plurisꝫ meriti. diligere amicos an diligere inimicos. Sꝛ hec cōparatio ꝑplicāda ē. Si ēñ ꝑferaꝫ dilectio amicoꝝ tñ dilectioni amicoꝝ et etiā inimicoꝝ. ꝑspicua ē absolutio. Sꝛ si in aliquo vno hōie q̄ diligit sīl amicū z inimicū qđ horū poti⁹ sit querand⁹. obscura est rūsio. q: de motu mentis agit de quo nō ē nobis facile iudicū. an vn⁹ et idē mot⁹ sit erga amicū et inimicū. ſꝛ erga amicū intēsior. an duoꝝ vn⁹ erga inimicū q̄ dicit difficilioꝝ. alter erga amicū q̄ vī feruētioꝝ. Vel si vn⁹ idēꝙ ē. idē potioꝝ vbi ē ardentioꝝ nō ips probe extimak. a

Introducit autoritatē Aug. que sue rūsiōi videtur obuiare. b

Aug. tñ sentire vī mai⁹ cē diligere inimicū q̄ amicuꝫ. q̄ ꝑfectoꝝ cē dicit diligere inimicos et benefacere eis. neq; hoc a tāta mītudie ipleri quāta exaudik i oꝛōe dñica cū dr. Dimitte nobis debita nra sicut et ne nos dimittim⁹ obitoꝛib⁹ nr̄is. Illā ēñ spōsionē dicit a multis ipleri q̄ nondū diligūt inimicos. Aut ēñ sic. Adag nuꝫ ē erga eū q̄ tibi nihil mali fecerit cē benuolū et beneficū. Illud mlto grādi⁹ et magnificētissime bonitatis ē vt tuū inimicū diligas. et ei qui tibi malū vult. et si pōt facit. tu semp bonū velis. facaſq; qō possis. audiēs dicētē ieſuꝫ. diligite inimicos vros. et benefacite his q̄ odiunt vos. et orate ꝓ ꝑsequētibus et calūniantib⁹ vos. Sꝛ qñ ꝑfectoꝝ filioꝝ dei ē istud quo q̄dē se dz ois fidelis extēdere. et hūanū animū ad hūc effectū oādo dū. secūq; agēdo luctādoꝝ ꝓducere. Tamē q: h̄ tā magnū bonū tāte multitudis nō ē ēnta credim⁹ exaudiri cū dr in oꝛoe dimitte nobis debita nra sicut et nos dimittim⁹ debitoꝛib⁹ nr̄is. ⁹ proculdubio vba spōsionis h⁹ iplent. si hō q̄ nōdū ita ꝑfecit vt etiam diligat inimicū. tñ qñ rogatur ab hōie q̄ peccauit

Aug.i ench.

Mathꝫ vj.

Luce. vj.

b

in eū vt ei dimittat. dimittit ex coꝛde. q̄ etiā sibi rogāti vult dimitti. cū oꝛat et dicit. Sicut z nos dimittim⁹ debitoꝛib⁹ nr̄is. Quicūq; vō rogat hōiez in quē peccauit. si peccato suo mouet vt roget. nō ē adhuc ōpus tand⁹ inimicus vt eū diligere sit difficile. sicut erat q̄n inimicicias exercebat. Quisquis vō rogāti et penitēti nō dimittit. ñ estimet a dño sua peccata dimitti. q: mētiri veritas ñ ꝑt. Que cū docuisset oꝛōz hāc. in ea posita sententiā ꝓmēdauit dicēs. Si dimiseritis hōib⁹ peccata eoꝝ. dimittet z vob ꝑ vr. Si vō nō dimiseritis. nec ꝑ vr dimittet vobis pctā vestra.

Predictā Aug. autoritatē explanat. c

Ecce hic haberi vī qđ z ptaxauim⁹. ſ. maioris vtutis eē diligere inimicū et benefacere ei. q̄ illū q̄ nihil mali fecit nob vel amicū. Q: si q̄s cōcedere simplicit noluerit. dicēs intēsi⁹ diligit amic⁹ q̄ inimic⁹. z ideo illō poti⁹ isto. determiet ista ſm ꝓmissaꝫ itelligētiā dicēs. ibi cōpationē factā int dilectionē qua diligit tñ amicus. et illā qua amic⁹ et inimicus diligit.

Introducit qōz q̄ ex autoritate Aug. hz origiez. qua q̄rit de dilectōe inimicoꝝ q̄tū ad diligētē. d

Questio. Illō vō qđ sequit magis nos mouet q̄ sez dicit nō ē tāte mītudis diligere inimicos. q̄ntā exaudik cū dr. Dimitte nob debita nra. rē. vbi dat intelligi q̄ alicui a ꝺo dimittūr pctā nō diligēti inimicū. si tū fratri rogāti q̄ in se peccauit dimittit. Sꝛ cū pctā nō dimittāt alicui adulto nisi charitatē hēat. sequit vt charitatez habeat q̄ nō diligit inimicuꝫ. Quō ḡ nōie ꝓximi ois hō itelligik i illo mādato. diligas ꝓximū tuū sicut teipz. Si ēñ ois hō ꝓxim⁹ ē. tūc z inimic⁹ ꝓcipimur ḡ et inimicos diligere. Et q: illud ꝓceptū generale ē. oīb⁹ ꝑcipik oēs hōies diligere etiā inimicos.

Mathꝫ xxij. et Deut. vj.

Ponit determinationē quoꝝdā. e

Quidā qō hic dicik simpliciter tenere volētes illud ꝓceptū determināt dicētes. illic ꝑfectis dari in ꝓceptum diligere oēz hōiez etiā inimicū. minoꝝ⁹ vō in ꝓsiliū. in ꝓceptū vō diligere q̄ nihil mali fecerūt eis et inimicos ñ odiere.

Aug.

Subiūgit determiatōz suā. f

Sꝛ meli⁹ ē vt itelligaꝫ oīb⁹ illo mādato ꝑcipi cūctos diligere etiā inimicos. cui sensui attestāt supi⁹ posite autoritates et alie mltę. Illō vō Aug. nouissime posi tū. ō ꝑfecta charitate dictū itelligik. q̄ tātū ē ꝑfectoꝝ. q̄ nō solū amicos. ſꝛ etiā inimicos ꝑfecte diligūt eisq; benefaciūt. Que ꝑfectio dilectiōis nō ē tāte mītudinis quāta exaudik in oꝛōe dñica. z hoc reuera grāde ē z eximie bonitatis. ſ. ꝑfecte diligere inimicū. Jta z cū dicit ipleri vba illi⁹ spōsiōis ab hōie. q̄ non ita ꝑfecit vt diligat inimicū. de dilectiōe ꝑfecta accipiēdū est. et ad hoc oēs obligant. et ad hoc tenek hō siue inimic⁹ repugnet siue veniā petat. Dimittere aūt ñ soluꝫ rancoꝛē si et signa rancoꝛis. hoc ꝑfectōis ē. nec ad h tenek hō nisi in casu vicꝫ qñ ꝺuote z būiliter venia postulat. Et ꝺe hac dimissiōe loquit Aug. Obiectiōes aūt currūt de alia. et ꝙ hoc patēt tā littera q̄ obiecta. c. 3 Quisquis vō roganti z penitēti nō dimittit. non estimet a dño sua pctā dimitti. Contra. vī ſm hoc ꝙ ois qui seruat rancoꝛem erga ꝓximū q̄ cōtra scipm oꝛat. q: cum nolit alij dimittere. iā petit et ꝙ sequēti q̄ nec ꝺ⁹ dimittat sibi. Et q̄ petit q̄ ꝺ⁹ nō dimittat peccat mortaliter. q̄ ois q̄ñ ē in rācore et dicit oratione dñica vī mortaliter peccare. R. dōz. q̄ ois qui oꝛōz dñicaꝫ ex coꝛde dicit. itēdit p eā impetrare collationē bonoꝝ et ſmissiōz maloꝝ. et q̄ hoc intendit a dño exequi. constans ē q̄ aut penitet. aut ꝓponit aliq̄n penitere. licez q̄ aliq̄s odium habeat. tñ dicēdo oꝛōz dñicam nō incurrit offensaꝫ mortales. q: nō intēdit petere q̄ fiat sibi ſm malaꝫ volūtatē quā nñc hz. sed ſm volūtates bonam. quā et si rūc nō habeat. intēdit tñ dei auxilio aliq̄n obtinere. Si q̄s aūt illā orationem diceret nūq̄ ꝓponēs ab odio fratris recedere. ꝙuis nō intēderet irā petere. culpā tñ suaz absq; dubio aggra

uaret. Aliter tñ posset dici q̄ ista oratione q̄n aliquis dicit nō dicit in ꝑsona sua sed in persona ecclesie cuius vult ē mēbrum. Et quantum ad hoc non petit cōtra scipm. nec intentione ꝓncipali nec ex consequenti.

Ad intelligentiam hui⁹ ptis incidit hic questio de charitate q̄tū ad pfectionē meriti. Et circa hoc ser breuiter pnt queri. Primū ē vtrū quis ex q̄ntula cūq; charitate possit quātecūq; tēptatiōi resistere. an hoc sit soli⁹ charitatis pfecte. Secundū ē vtrū bō in q̄ntulacūq; charitate cōstitut⁹ teneaꝫ mortem ꝓ rēo subire. Terciū ē vtz bīs charitatē pfectā teneaꝫ ea q̄ sunt pfectiōis iplere. Quartū ē. vtz oīb⁹ tā pfecti q̄ impfecti teneant inimicos diligere q̄tū ad affectū. Quintū ē vtz oēs teneant inimicos dili-

gere quātū ad effectū. Sextū ē qđ sit meli⁹ et maioris meriti. vtrū diligere amicū. an diligere inimicuȝ.

Questio prima. a

Utrum cū qualicunqȝ charitate possit quis resistere quantecūqȝ temptationi. Et ꝙ sic vꝫ. Sup illđ ps. Bonū mihi lex oris tui ⁊c. Aug. Plus diligit charitas deū ꝗ̄ cupiditas milia auri et argenti. Hoc ē verū de ꝗ̄tulacunqȝ charitate. et si hec charitas ꝗ̄tulacunqȝ excedit omnē cupiditatē sua virtute. si ꝰ magnitudo temptatiōis attendit̄ ſm magnitudinē cupiditatis. vꝫ ꝙ p ꝗ̄tulācūqȝ charitatē possum⁹ maxime temptatiōi resistere. Itē Greg. Debilis ē hostis q̄ nō vincit nisi volentē. s ꝗ̄tulācunqȝ hȝ hō charitatē. hȝ quo pōt velle nō vinci. ꝰ si nolle vinci resistit oī temptatiōi et temptatori. vꝫ ꝙ p ꝗ̄tulācunqȝ charitateȝ possit hō supare oēȝ temptationē. ¶ Iteȝ potētior est charitas in bonū ꝗ̄ culpa in malū. s peccatū mortale ꝗ̄tūcunqȝ pūū sufficit ad expellendū magnā gratiā. ꝰ charitas ꝗ̄tūcūqȝ pua ē. sufficiēs ē resistere temptationi maxie. Itē charitas ꝗ̄tūcūqȝ pua sit. hominē facit diligere deū ꝓpter se et sup oia. ⁊ facit hominē in deū cōfidere plus ꝗ̄ in se. s q̄ deū ꝓpter se et sup oia amat et in deū cōfidit hȝ deū adiutorē. ⁊ qui hȝ deū adiutorē oī temptatiōi pōt resistere. ꝰ hō in ꝗ̄tulacunqȝ charitate supare pōt oēȝ temptationē. Itē gr̄a quātūcūqȝ sit modica potētior ē et excellētior ꝗ̄ natura. s hō in statu inocētie in puris naturalib⁹ cōstitut⁹ poterat ꝗ̄tecūqȝ temptatiōi resistere. ꝰ existēs in gratia pōt ꝗ̄tecunqȝ temptatiōi resistere ꝗ̄tulācūqȝ hēat charitatē. Itē esto ꝙ aliq̄s hēat modicā charitatē et temptet̄ magna temptatōe. aut pōt illi resistere. aut nō. Si pōt. habeo ꝓpositū. Si nō pt. et nullus peccat in eo qđ vitare nō pōt. ꝰ cōsentiendo tali temptatiōi nō peccat. s hoc ē falsuȝ. ꝰ ⁊ illud ex quo h sequit̄. redit ꝰ idem qđ prius ¶ Sȝ cōtra. i. Cor. x. Fidelis deus q̄ non pmittit vos temptari supra id qđ potestis. cōstat ꝙ loquit̄ habentib⁹ charitatē. ꝰ si deus pmitteret. dya⁹ temptaret hōieȝ habētē charitatem supra posse. ꝰ nō vꝫ ꝙ cū ꝗ̄tulacunqȝ charitate possit hō resistere temptatōi maxime ¶ Itē sup illud ps. Proba me dñe et tempta me. dicit auctas. Prius vires nr̄as inspice. ⁊ postea temptari pmitte. s hoc non peteret nisi possȝ temptari sup vires. ꝰ vꝫ ꝙ aliq̄ temptatio sit cui nō sufficit resistere virt⁹ charitatis modice et impfecte ¶ Itē Amb. in quodā sermōe de ꝯfessorib⁹. Diuersa sūt genera inimicoꝝ. q̄ ſm viriū nr̄aꝝ ꝗ̄titatē cōpensato nobiscū agone luctant̄. s maiores vires hȝ charitas pfecta ꝗ̄ impfecta. ꝰ si illa habet luctā suis virib⁹ ꝓportionabilē. vꝫ ꝙ aliq̄ lucta sit supra vires charitatis ipfecte ¶ Itē virtus charitatis maxime relucet in pugna et temptatōis victoria. Si ꝰ ꝗ̄tulacūqȝ charitas pōt resistere maxime temptatiōi. vꝫ ꝙ modica charitas sit maxime virtutis ⁊ pfectiōis. Qđ si ē manifeste falsum. restat qđ et illđ ex quo sequit̄. Itē magnitudo corone attēdit̄ ſm magnitudinem pugne. ergo si modica charitas resistere posset temptationi maxime. vꝫ ꝙ maxia corona debeatur charitati minime. s hoc ē falsuȝ manifeste. ꝰ ⁊c.

¶ Itē quedā ē pugna ex cui⁹ victoria purificat̄ aia ab omnib⁹ venialib⁹ et statim euolat in celū. sicut est qñ ꝓ iusticia mors homi intentat̄. ꝰ si modica charitas posset resistere ꝗ̄tecunqȝ temptatiōi. modica charitas possȝ oia venialia delere ⁊ statim in celū facere
4 euolare. qđ si hoc absurduȝ ē. restat idē qđ pri⁹. R.

ad pdictoꝝ itelligētiā notādū ꝙ cū ꝗ̄rit̄ vtꝝ ꝗ̄tulacūqȝ charitas pt resistere ꝗ̄tecūqȝ temptatōi. hoc dupliciter pōt intelligi. aut loquēdo de ptāte charitatis p cōpatiōnē ad adiutoriū diuine prudētie gubernantis. aut p compatiōnē ad vires li. ar. coopantis. ſm vtrūqȝ istorum modoꝝ fuit hic duplex mod⁹ dicēdi. Si eñ loquimur p cōpatiōnē ad dispositionē diuini regiminis. sic dixerūt aliqui ꝙ ex ꝗ̄tulacūqȝ charitate pōt q̄s resistere ꝗ̄tecunqȝ temptatiōi. Alij vero ꝙ nō. Et vtriqȝ veꝝ dicere potuerūt. nec sibi ꝯtradicūt si recte intelligat̄. Si eñ loquamur ꝗ̄tuȝ ad temptatōis exordiū. ꝗ̄tulacunqȝ charitas pōt resistere ꝗ̄tecunqȝ temptatiōi. qꝛ deus hōieȝ habētē charitatē nūꝗ̄ deserit nisi ille volūtarie ab eo recedat. qñ potius ſm ꝙ auget̄ temptatiōis bellū. opat̄ deus charitatis augmētuȝ. Unñ ꝗ̄tūcunqȝ sit modica charitas in hōie. nūꝗ̄ pōt inuitus ab aduersario deijci. qꝛ ſm ꝙ crescit bellū. crescit adiutoriū. si hō faciat qđ in se est. Si aūt loquamur de temptatiōe ꝗ̄tum ad cōsūatiōnē victorie. sic nō pōt eē ꝙ hō ex modica charitate resistat temptationi maxie. qꝛ nō patitur ordo diuine iusticie qñ ex victoria magni belli fiat āplificatio meriti. Unñ sicut ista duo nō cōtradicūt s sil̄r natura sūt. possibile est ꝙ ex pua charitate in pncipio temptationis ⁊ magna in fine resistat̄ magne temptationi. Et iteꝝ possibile ē ꝙ ex pua charitate in pncipio temptationis et magna in fine. nō resistat̄ magne temptationi. Sic nō obuiāt sibi ille due opiniōes. Sil̄r si loquamur đ potētia charitatis p compatiōnē ad vires li. ar. coopantis duplex fuit opinio. Nā quidā dixerūt ꝙ ex ꝗ̄tulacūqȝ charitate pōt quis resistere ꝗ̄tecunqȝ temptationi. qdā ꝙ nō. Et rō hui⁹ ē. qꝛ de viribus li. ar. ⁊ adiuti gr̄a ē loqui dupl'r. vel ꝗ̄tū ad libertatē volūtatis. vel ꝗ̄tū ad viciū difficultatis ad bonū ⁊ ꝓnitatis ad malū. Si ꝰ loqmur de gratia p cōpatiōnē ad libertatem volūtatis. sic cū ipa volūtas de se sit libera ad cōsentiendū. ⁊ p gratiā sit liberata a seruitute peccati vt cogi nō possit. pōt ꝗ̄tecūqȝ temptatōi resistere. Si aūt loquamur p compatiōnē ad viciū difficultatis et ꝓnitatis. sic nō pt resistere ipulsui temptatiōis fortis. nisi charitas adeo fortis sit ꝙ suo vigore cōtra ꝓnitatē refrenet a malo. et cōtra difficultateȝ accendat ad bonū. Lib. eñ ar. ex vna pte adiutū adiutorio gratie. ex alia pte corruptuȝ vicio ꝯcupie. qñ excitat̄ in ipo p temptationē ipet⁹ ꝯcupie. ſm ꝙ magis ⁊ magis fortit̄ excitat̄. p hoc indiget maiori repssiōe. Et sic diuersis cōsideratiōib⁹ cōcedi pōt de charitate p cōpatiōnē ad li. ar. ꝙ ꝗ̄tulacunqȝ charitas pōt resistere ꝗ̄tecūqȝ temptatiōi. et qđ pōt si compet̄ ad dñiuȝ libertatis. nō pt si cōpet̄ ad viciū ꝓnitatis et difficultatis. Et hoc meli⁹ ptȝ si quis ꝯsideret ⁊ attēdat ⁊ expimēto cognoscat statū et cōflictū hōim' temptatoꝝ. Ex his ptȝ rn̄sio ad q̄oēȝ ꝓpositā. Patȝ etiā nihilomin⁹ rn̄sio ad obiecta. Naȝ rōnes q̄ ꝓb anteꝙ ꝗ̄tulacunqȝ charitas pōt resistere ꝗ̄tecunqȝ temptationi ꝓcedūt de ipa charitate p compatiōnē ad deū ipam adiuuantē et ꝓmouentē. ⁊ per compationem
ad voluntatis libertatem sicut intuenti apparet. Ue- 5
rūtñ illa ratio quā obijcit de peccato nō valȝ. Quod cū dicit̄ ꝙ ꝗ̄tūcunqȝ peccatū pūū sufficit ad expellendam quātācunqȝ gratiam. hoc nō ē qꝛ peccatum agat in ipam gratiā. s qꝛ facit li. ar. deficere a gr̄e cō-
plemēto. Ex hoc aūt nō pōt inferri ꝙ ꝓpter hoc ꝗ̄n- 6
tulacūqȝ gr̄a sufficiat ad vincendum omneȝ impul-

sum temptationis. qꝛ facilius ē deficere ꝗ̄ benefacere. Inferri tñ pōt ꝙ quātulacunqȝ gratia expellere pōt oē peccatū. Ad rōes đo q̄ ad oppositū adducunt̄ manifeste sunt sil'r rn̄siones. ꝓcedūt eñ de ipa charitate p compatiōeȝ ad defectū ꝓnitatis et difficultatis. sicut patet de primis trib⁹ rōibus. vel p cōpatiōnē ad terminū et cōsūmatiōnē victorie. cui rn̄det perfectio meriti et magnitudo pmij quātū ad excellentiā victorie ⁊ corone. et hoc mō ꝯcessum ē ꝙ non pt eē ꝙ modica charitas resistat temptatōi magne. qꝛ nō patit̄ hoc ordo diuine iusticie sicut pdictū est. Et ſm hanc viā ꝓcedūt tres rōes vltime. nec optet ampli⁹ hic morari. qꝛ rationes ille p se satis manifeste sunt pertractanti.

Questio. ij. b

Utrū homo in ꝗ̄tulacunqȝ charitate cōstitut⁹ teneatur mortē ꝓ xp̄o subire. Et ꝙ sic vꝫ Lu. ix. Qui me erubuerit et meos sermones. hūc filius hominis erubescet cū venerit in maiestate sua. s xp̄s neminē erubescet cū venerit in maiestate nisi ꝓ mortali peccato. si igitur sn̄ia ista generalis ē. vꝫ ꝙ oēs mortalit̄ peccēt qui in piculo mortis erubescūt ipm dñm confiteri. ꝰ oēs tenent̄ morteȝ ꝓ xp̄o subire ¶ Item. i. Joh. iij. Qm̄ ille animā suā ꝓ nobis posuit. ⁊ nos debemus aīas ꝓ fratribus ponere. Si ꝰ xp̄s ꝓ oibus animaȝ posuit. vꝫ ꝙ oēs tenent̄ ⁊ debēt mortē ꝓ ipo et membris eius subire cū se obtulerit oportunitas loci ⁊ tēporis. ¶ Itē quilibet tenetur plus diligere deum ꝗ̄ȝ omne creatū ꝗ̄tūcunqȝ sit impfect⁹. ꝰ quilibȝ tenetur ꝓ honore dei et gloria puipendere se et sua. Cuȝ igitur oportunitas tēporis se offert vꝫ ꝙ quilibȝ teneatur mortē ꝓ xp̄o subire. ¶ Itē incōparabiliter pl⁹ diligēda sūt bona eterna ꝗ̄ȝ tēporalia. sicut incōpabiliter sunt meliora. s vnusquisqȝ libenter dat illđ qđ min⁹ diligit ꝓ eo qđ mag̃ diligit. si ꝰ oēs tenent̄ ad diligendū plus vitā eternā ꝗ̄ȝ tēporalē. vꝫ ꝙ oēs teneantur velle libenter morti exponere pn̄tē vitam vt lucrentur eternaȝ. s qđ hō tenetur velle ꝓ loco et tēpore tenetur facere. ꝰ oportunitate se offerente vꝫ ꝙ oēs tenētur mortem ꝓ xp̄o subire. Sȝ cōtra Jo. xv. Maiorē charitatē nemo hȝ vt aiaȝ suā pōat q̄s ꝓ amicis suis. ꝰ mortē ꝓ xp̄o subire vꝫ perfectionis maxime. s hōies imperfecti nō tenentur ad opera pfectionis. ꝰ non oēs tenentur mortem ꝓ xp̄o subire. ¶ Itē Ro. vj. sup illud. Humanuȝ dico ꝓpter infirmitatē carnis nr̄e. glo. Inueniūtur aliqui q̄ ꝓponūt iusticie dilectionē voluptatibus carnis. ꝓ iusticia tñ penas mortemqȝ formidāt. s cōstat ꝙ ſm autoritatē apli vt dicit glo. tales sunt serui iusticie. ꝰ cum tales mortē refugiāt. vꝫ ꝙ nō teneantur morteȝ ꝓ xp̄o velle subire. ¶ Itē Aug. dicit ⁊ habetur in fine pcedentis di. pfecta charitas hec ē vt quis patus sit pro fratribus mori. et hoc apparet p hoc ꝙ prelati tenentur ad maiorē pfectioneȝ ꝗ̄ȝ subditi. et sūma pfectio q̄ a plato exigitur ē vt ponat aiaȝ ꝓ subditis ſm illđ Joh. x. Bon⁹ pastor aiaȝ suā ponit ꝓ ouibus suis. Si ꝰ impfecti nō tenētur ad opa charitatis pfecte. vꝫ ꝙ nō oēs teneant̄ ꝓ xp̄o et eius mēbris mortem subire. ¶ Itē maius ē mortem subire ꝓ xp̄o ꝗ̄ȝ omnibus tpalibus abrenūciare. s nō oēs tenentur tpalia oia relinquere. ꝰ nō oēs tenentur mortem ꝓ christo subire. Qꝛ aūt maioris pfectiōis sit patet p illud qđ dicit Greg. Nō magnū ē abnegare qđ habes. sed valde magnū est abnegare qđ es. Et constans est ꝙ
multo magis ē abnegare seipm ꝗ̄ȝ sua. ⁊ dare corpis
vitā ꝗ̄ȝ terrenā subam. ¶ R. ad pdictoꝝ intelligen- 7
tiā ē notādum ꝙ subire mortē intentiōe placendi deo hoc pōt eē tripliciter. Uno mō qñ adest necessitas vl' deserēdi iusticiā vel amittēdi vitā. Alio mō qñ se offert oportunitas diuinā gloriā manifestandi et edificandi ecclesiā. Tercio mō solum ex hoc ꝙ vitā suam hȝ exosam. Primū ē iusticie et necessitatis. Scđm ē pfectionis et superogationis. Tercium est seueritatis et crudelitatis. Unñ Augu. illos q̄ semetipos pfocant et precipitio collidūt ꝓpter vite pn̄tis odium dicit eē sceleratissimos homicidas. tractās illđ Jo. xij. Qui odit aiaȝ suā in hoc mūdo. in vitā eternā custo. eā. Cū ꝰ queritur vtꝝ oēs teneantur mortē pro xp̄o subire. dđm. ꝙ ꝓ loco et tēpore vbi talis optio detur. vel ꝙ iusticia deseratur. vel ꝙ vita perdatur. ibi oēs ꝗ̄tumcūqȝ sint impfecti tenent̄ mortē subire. et pēligere magis deo dilecto mori ꝗ̄ȝ ipo offenso viuere. Ubi vero talis necessitas nō imminet nec datur optio. qñ offert se oportunitas manifestādi diuinā gloriā et edificandi ecclēiā. si hō se morti exponat. mortē subire ē pfectionis et superogationis. ad quā non oēs tenent̄ ꝓ xp̄o. et ſm istā viā ꝓcedunt rōes ondentes ꝙ nō oēs tenent̄ mortem ꝓ xp̄o sub-
ire. et ideo sunt cōcedēde. ¶ Ad illud qđ vltimo obꝫ 8
de abrenunciatiōe substātie tpalis et ꝓpessiōne mortis. rn̄deri pōt ꝙ in casu necessitatis pceptum est omnia tpalia deserere cuilibet hōi sicut et mortē subire. imo multo fortius. Unñ hoc datur itelligi p locū a minori. et iđ ratio illa sicut et alie nō cogit nisi ꝓut simpliciter intelligit̄. ita ꝙ hō mera volūtate ꝓmptus
est tpalia abnegare et mortem subire. ¶ Ad illud ve- 9
ro qđ pmo obꝫ in cōtrariū ꝙ dhem⁹ in periculo mortis nomē xp̄i confiteri. dđm. ꝙ verū ē si sumus in ea necessitate positi ꝙ confiteri oporteat vl' negare. Sȝ pōt eē mediū inter hoc. qꝛ impfectus pōt subterfugere et seipm occultare. nec ex hoc dꝫ nomen xp̄i erubescere. s tūc erubescere dicit̄ qñ tiore mortis negat ipm xp̄m. Ideo ꝗ̄uis oēs teneant̄ ad hoc ꝙ nullus neget. non tñ ex hoc pōt concludi ꝙ oēs simplicit̄ teneant̄ ad pferendā mortē nisi interueniēte pdicta ne-
cessitate. ¶ Ad illud qđ obꝫ ꝙ qꝛ posuit animā suaȝ 10
ꝓ nobis. nos debem⁹ aiaȝ ꝓ fratrib⁹ ponere. dđȝ. ꝙ ē debitū necessitatis et ē debitū ꝯgruitatis. siue debitum ad qđ obligamur et debitū ad qđ āmonemur. Hūs aūt iohs nō intelligit de debito primo mō sed đ debito scđo mō. qđ magis spectat ad superogatō-
nē. ꝗ̄ ad necessariā et generaleȝ superobligationem 11
¶ Ad illud qđ obꝫ ꝙ quilibȝ tenet̄ plus diligere deum ꝗ̄ oē creatū. dđm ꝙ verū ē. verūtñ ex hoc non sequit̄ ꝙ hō teneat̄ ꝓ xp̄o deserere oē creatū. qꝛ pt habere sil' xp̄m et creaturā quā diligit. Pōt eñ hō simul seruare corpis vitā et dei amiciciā. qꝛ ñ optet nec exigit hoc lex charitatis ꝙ ꝓpter dilectionē dei sustineat quis mortem. nisi incidat in supradictaȝ necessitatē. qua scȝ oporteat eum vel xp̄m negare vel mortem
sustinere. ¶ Ad illud qđ obꝫ vltimo qđ hō libenter 12
dat illud qđ minus ē ꝓ eo qđ magis diligit. dđm ꝙ verū ē si illud aliter adipisci non possit. et qñ pōt hō adipisci vitā etiā pter martyrū tolerantiā. iđ nō sequitur ꝙ oēs teneant̄ velle ꝓ xp̄o mori simpl'r s sub cōditiōe. vicȝ. si alit̄ ei placere ñ possit. et hoc solum est in articulo predicte necessitatis.

Questio.iij. c
Utrum pfectā charitatē habētes tenēātur ea q̄ sunt
perfectiōis iplere.Et q̄ sic vī Mat.v.Estote perfec
ti sicut et pr̄ vr̄ celestis perfect⁹ ē.hoc dī aplis et apo
stolicis viris.ḡ vī q̄ oēs viri perfecti teneant̄ ad ea
q̄ sunt perfectiōis. Itē Greg.in quadā omelia.Cū
augētur dona.rōnes crescunt donoꝝ.Un̄ et auctas
dic q̄ cui pl⁹ ꝯmittit̄.pl⁹ ab eo exigit̄.ḡ cui ꝯmittit̄
pfecta charitas.cū de⁹ exigat actū ꝯueniētē hītui.vī
q̄ ille teneat̄ ad opera perfectiōis.❡Itē sicut se hȝ
charitas iperfecta ad opa simplicis iusticie.sic se hȝ
charitas pfecta ad opa iusticie ꝯsūmate.Sȝ habens
charitatē ipfectā tenet̄ ad ea q̄ sūt simplicis iusticie.
ḡ vī q̄ habens charitatē pfectā obligetur ad opa p
fectiōis. Itē charitas pficit aut dficit.ḡ habēs cha
ritatē tenet̄ nō deficere.ḡ tenet̄ pficere.cū nō sit me
diū inter hec.qui aūt hȝ pfectā charitatē nō pt̄ pfice
re nisi in opib⁹ pfectis.ḡ vī q̄ ois in quo ē pfectō ob
ligetur ad opa pfectionis. Sȝ contra Mat.xix.Si
vis ad vitā ingredi serua mādata.Igit̄ ex sola obſ
uātia mādatoꝝ vī q̄ hō possit puenire ad salutē.ḡ
nō vī q̄ ad ea obligatur q̄ sunt charitatis perfecte.
❡Item Jaco.iij.Qui nō offendit in verbo hic per
fectus ē vir.ḡ nullus tenet̄ ad hoc q̄ nō offendat in
verbo q̄ntūcunq; sit perfect⁹.ḡ ppt̄ perfectionē cha
ritatis nō obligatur q̄s ad ea que sunt perfectionis.
❡Itē quāto aliquis ē in maiori charitate ꝯstitut⁹.
tāto plus hȝ de libertate spūs.et quāto plus hȝ d li
bertate spūs.tāto paucioꝛib⁹ vinculis obligatur.ḡ p
fecti nō tenent̄ ad plura q̄ teneant̄ iperfecti. quātū
est de pfectiōe charitatis.Si ḡ impfecti nō astringū
tur ad opa perfectionis.vī a maiori q̄ nec illi dbeāt
astringi q̄ sūt in charitate pfecta ꝯstituti.❡Itē sta
tus charitatis pfecte nō excedit charitatē iperfectaȝ
in infinitū.cū ḡ moꝛtale excedit veniale in infinituȝ.
qd̄ ē veniale impfecto.nō ē moꝛtale pfecto quātū est
de ipo genere stat⁹.ḡ nō vī q̄ pfeccio charitatis ob
liget hominē ad opa pfectiōis.Si eīn obligaret.iam
13 videretur q̄ perfect⁹ vir eēt peioris cōditionis. R.
ad p̄dictoꝝ intelligētiā ē notandū q̄ multiplex ē ge
nus pfectiōis.et multiplex ē ratio obligādi.Quinq;
eīn pfectiōis genera ꝯsueuerūt distingui.Primū est
pfectio sufficiētie que cōsistit in adimpletiōe manda
toꝝ.Et de hoc Mat.v.Estote pfecti sicut pat̄ vī ce.
pfectus ē.Scd̄a ē pfectio religiōis q̄ ꝯsistit in obser
uantia ꝯsilioꝝ.Et de hoc dī Mat.xix.Si vis per
fectus eē.vade ꝛ vende oia q̄ ha.ꝛc.Tercia ē pfectio
platiōis q̄ cōsistit in regimie subditoꝝ.Et d hac dī
Luce.vj.perfectus ois erit si sit sicut mgr̄ ei⁹.Quar
ta ē perfectio opatiōis q̄ ꝯsistit in ostēsione exemplo
rū.Et de hac dī Gen̄.vj.Noe vir iust⁹ atq; perfect⁹
in generationib⁹ suis.Quīta ē pfectio trāquillitatis
que ꝯsistit in ꝯsūatiōe difficilimoꝝ ꝛ optimoꝝ.pma
Joh.iiij.Perfecta charitas foras mittit timoꝛē.Et
phūs dicit q̄ perfecta virt⁹ optimoꝝ ē opatiua.Si
milit̄ intelligendū ē q̄ quinq; modis obligat̄ aliq̄s
ad aliud.Primū genus obligatiōis ē ppter māda
tū diuinū.Scd̄m ē propt̄ votū emissum.Terciū est
ppter officiū susceptū.Quartū ē ppter vitādū scan
dalū.Quintū ē ppter cōsciētie iudiciū.Cū ḡ querit̄
vtrū hō in pfecta charitate existens teneat̄ ad opa p
fectiōis.dd̄m q̄ si pfectio accipiat̄ pmo mō viȝ pro
pfectiōe iusticie que cōsistit in ipletiōe mādatoꝝ.sic
obligat̄ ad illā pfectionē sicut et alij.et eo magis de
bono ꝛ equo quo magis pcepit donuȝ per qd̄ possit
implere diuinū mādatū.Si āt loquamur d alijs ge
neribus perfectionis.dd̄m q̄ nō obligat̄ hō existens
in perfecta charitate ad illa nisi quātū ex obligatiōe
diuini mādati.nec alit̄ obligat̄ nisi interueniat aliqd̄
vinculū sequētiū.viȝ.votū.p qd̄ obligat̄ ad perfec
tionē religiōis.Uel officiū susceptū.per qd̄ obligat̄
ad pfectionē platiōis.Uel scandalū.rōe cui⁹ obliga
tur ad perfectionē opatiōis. Uel ꝯscie dictamē.per
qd̄ obligatur ad perfectionē trāquilitatis.His eniȝ
interueniētib⁹ supinducit̄ noua obligatio ad hmōi
genera pfectionū p̄dictaꝝ.Sȝ status charitatis q̄n
tū ē de se necessariā obligationē nō inducit.sicut ra
tiōes q̄ ad hāc partē sunt inducte ostendūt. Et iō cō
cedi pn̄t❡Ad illud vo qd̄ obī in cōtrariū de aucte 14
dn̄i in Mat.iam patet rn̄sio.q2 illud intelligit̄ d per
fectione iusticie et sufficiētie ad quā obligant̄ oēs tā
pfecti q̄ impfecti. Ad illd̄ qd̄ obī de aucte Greg.q̄ 15
sicut crescūt dona sic crescunt rōnes donoꝝ. dd̄m.q̄
hoc verū ē quātū ad ea que sūt necessitatis. Preterea
qd̄ dī q̄ ratiōes donoꝝ crescūt hoc nō dī q̄ de⁹ sem
per exigat necessario ab hōie totū qd̄ pōt. ḡ q2 exigit
de bono et equo.ita q̄ illa exigētia nō iducit tūc rōeȝ
necessitatis ḡ cōgruitatis.et ei⁹ obmissio nō inducit
culpā moꝛtalē ḡ venialē.dn̄s aūt nō solū exigit ratio
nē de moꝛtalib⁹ ḡ etiā de venialibus fm̄ illud qd̄ dī
Mat.xij.Or hōies reddēt rationē de oi vbo ocioso.
❡Ad illd̄ qd̄ obī q̄ sicut se hȝ charitas impfecta ad 16
opa simplicis iusticie ꝛc.dd̄.q̄ nō est sile.q2 charitas
impfecta oꝛdinat̄ ad opa simplicis iusticie nō ppt̄
ipius charitatis statū ḡ ppter diuinū mādatū.ḡ nō
sic ē de opibus perfectiōis.q2 n̄ cadūt sic sub p̄cepto.
ḡ magis sub āmonitiōe ꝛ ꝯsilio❡Ad illd̄ qd̄ obī.q̄ 17
hn̄s charitatē semp tenet̄ pficere.dd̄ q̄ charitas dī
dupliciter pficere.Uno mō ppter multiplicationē
bonoꝝ opeꝝ.Alio mō ppter ipius charitatis aug
mentū et pgressuȝ ad vltimū statū.Cū ḡ dī q̄ hō te
net̄ pficere in charitate.ꝛ q̄ charitas aut pficit aut
deficit.si intelligat̄ de pfectu q̄ ꝯsistit in ipius chari
tatis augmēto et incremēto sic nō hȝ veritatē.q2 cha
ritas nō auget̄ in hōie cōtinue.Si vo intelligat̄ d p
fectu q̄ ꝯsistit in bonoꝝ opeꝝ multitudine.ꝛ iusticie
exercitatiōe.sic veritatē hȝ.ḡ iste pfectus charitatis
nō tm̄ attēdit̄ in ipletiōe ꝯsilioꝝ et operū pfectoꝝ.ḡ
etiā in obseruātia mādatoꝝ. Et iō ex hoc nō pōt cō
cludi q̄ hō in pfecta charitate ꝯsistēs ad opa pfectio
nis necesse habeat obligari.

Questio.iiij. d
Utrū oēs teneant̄ diligere inimicos q̄tū ad effectū.
Et q̄ sic vī.Leuit̄.xix.Diliges amicū tuuȝ sicut teip
sum.Sup quo dicit Aug.q̄ nōie pximi et amici in
telligit̄ ois hō.fm̄ etiā q̄ ipe dn̄s innuit.Luce.x.Er
go si illud p̄ceptū datū ē oibus.cū oēs teneant̄ affec
tu diligere sc.vī q̄ oēs tenēāt affectu diligere inimi
cos❡Itē Mat.v.Si diligitis eos q̄ vos diligunt
quā mercedē habebitis : glo.nullam in celo.q̄ ḡ tm̄
hȝ dilectionē respectu diligentiū se nō hȝ charitateȝ.
q2 cū charitas nō possit eē sine mercede.igit̄ ad hoc
q̄ aliquis hēat charitatē.necesse ē q̄ ipi⁹ charitas ad
eos q̄ ipm odiūt se extēdat❡Itē sup illd̄ Luce.vj.
Diligite inimicos vros.Glo.interli.Non sufficit nō
odisse.ḡ oēs tenent̄ ad illd̄ qd̄ sufficit ad salutē.ergo
oēs tenent̄ nō solū ad nō odiēdū inimicos ḡ etiā ad

amanduȝ.❡Iteȝ nulli de⁹ dimittit peccatū nisi ipē
dimittat pximo fm̄ qd̄ dī Mat.vj.et xviij.Sȝ nēo
dimittit pximo ex coꝛde nisi ipȝ diligat affectu.ḡ ne
mo pōt apud deū veniā mereri nisi offendētes se di
ligat ex coꝛde. Itē pl⁹ diligend⁹ ē pxim⁹ q̄ coꝛpus
ppꝛium.nec aliquid aduersat̄ magis et inimicat̄ spi
ritui q̄ ipa caro.cū ḡ quilibet teneat̄ naturaȝ carnis
sue diligere.vī q̄ teneat̄ inimicū suum affectu dilige
re. Itē sicut culpa est detestabilis.sic ymago dei est
diligibilis.ḡ q̄ntūcūq; hō diligat̄ semp tenet̄ hō de
testari ei⁹ culpā.ḡ quātūcunq; p culpā aduersēt̄.se
per tenet̄ diligere ei⁹ naturā. Sed contra. Mat.v.
Audistis q2 dictū ē ātiq̄s.diliges amicū tuū.et odio
hēbis inimicum tuuȝ.ḡ ad nihil obligamur moꝛale
nūc ad qd̄ nō obligarent̄ antiqui in lege.ḡ si tūc non
tenebant̄ ad diligēdū inimicū ḡ potius ad odiēdū.
vī q̄ nō oēs tenent̄ nūc inimicos diligere.Mioꝛ p
bat̄.q2 sup illud Mat.xiiij.d quiq; panib⁹.ꝛc.Glo.
nō alia q̄ que scripta erāt pphetat.ḡ legē et pphās
mysterijs grauida eē dmōstrat.Et iteꝝ.iij.Reg.vij.
fecit yrā mare fusile.x.cubitoꝝ.ibi.glo.decē p̄ceptis
in lege oia q̄ facere debem⁹ dn̄s expssit.Si ḡ in nul
lo p̄ceptoꝝ cōtinet̄ dilectio inimici.nec ad aliud ob
ligant̄ moderni ad qd̄ nō obligarent̄ antiqui. vī ꝛc.
❡Itē Luce.vj.diligite inimicos vros.ibi glo.hoc p
fectoꝝ ē.Et iterū alia glo..ibi.Eccl'ia hoc vt lacte nu
trit̄ qd̄ ē simpliciū ꝛ impfectoꝝ.ḡ validioꝛi cibo cha
ritatis roboꝛat̄.ḡ ad ea q̄ pfectiōis sūt n̄ oēs tenēt̄.ḡ
nō oēs tenent̄ diligere inimicos❡Itē sup illud ps.
Reuela oculos meos et ꝯsiderabo mirabilia d lege.
Glo.Nihil mirabili⁹ ē in mādatis q̄ diligere inimi
cos.ḡ nō oēs tenent̄ ad faciendū mirabilia.q2 sicut
dicit Aug.virtutes et mirabilia facere nō oib⁹ datū
ē.ḡ.ꝛc.❡Iteȝ Ambro.dicit et hī in dis.p̄cedēti.vbi
actū ē de oꝛdine charitatis.sufficit q̄ inimicos odio
nō hēmus.ḡ vī q̄ nō oēs tenēt̄ diligere inimicos ex
18 coꝛde. R.ad p̄dictoꝝ intelligētiā ē notādū q̄ circa
hoc ē duplex rn̄dēdi mod⁹.Quidā eīn dicere voluē
rūt q̄ dupliciter ē loqui de inimicis.Aut fm̄ statū in
quo exercēt inimicicias.Aut fm̄ statū in q̄ penitēt et
petunt veniā.Si fm̄ statū i quo veniā petūt sic oēs
tenent̄ ad diligendū inimicos ppter illā cōditioneȝ
quā dn̄s ponit in oꝛōe dn̄ica.Dimitte nobis debita
nr̄a sicut et nos.ꝛc.Si eīn hō hōi seruat iraȝ.frustra
a deo querit medelā.fm̄ q̄ dī Eccl.xxviij.Si aūt loq̄
mur de inimicis put sūt in statu et in actu ledendi ꝛ
inimicicias exercendi.sic dicere voluerunt q̄ affectu
diligere inimicos nō ē necessitatis ḡ magis perfectio
nis.nec dn̄s hoc p̄cipit ḡ magis cōsulit.Et istā opini
onē quoꝛūdā mgr̄ ponit in lr̄a.Sȝ si interius ꝯside
retur hec positio min⁹ sufficiēter dicit.p eo q̄ fm̄ q̄
auctates sactoꝝ sonant expꝛesse.ꝛ ipa rō apte ꝯuin
19 cit.nō ē charitas vera nisi diligat oē diligibile.Dili
gibile aūt a charitate ē oē illud qd̄ ē possibile ad bea
titudinē puenire.Ideo nō hȝ aliq̄s charitatē nisi di
ligat oēs illos q̄ sunt in statu vie siue sint amici siue
inimici.Un̄ i ps.dī.Latū mādatū tuū nimis.q2 mā
datū charitatis ad oēs se extēdit.Et sicut longitudo
mādati se extēdit ad oēȝ dn̄iam tpis.sic latitudo ad
oēȝ psonā hōis viatoꝛis.Un̄ sicut aliquis nō habereȝ
charitatē si pponeret etiā in vno solo die peccare et
in alijs bene facere.q2 dficit sibi lōgitudo mādati.sic
esto q̄ aliq̄s oēs hōies diligat p̄ter vnū solū quē a di
lectiōe excludit.charitatē nō hȝ.q2 deficit sibi latitu
do illius mādati.Propterea ē alius mod⁹ dicēdi.q̄ 20
diligere affectu ē duplex fm̄ q̄ duplex ē affect⁹ amo
ris.quidā a charitate elicit⁹.quidā a charitate impa
tus.Ille ē affectus amoꝛis a charitate elicit⁹ q̄ quis
optat alij sūmū bonū siue beatitudinē eternaȝ. Ille
vero ē affect⁹ impat⁹ q̄ quis optat alij bonū tpale ꝛ
psperitatē trāsitoꝛiā.Amoꝛ eīn charitatis facit q̄ hō
velit alij oē bonuȝ.nedū sūmū bonū.ḡ etiā tpale.ni
si illud sit impediēs ad salutē.Si ḡ loquamur de af
fectu pmo a charitate eliciēte dico q̄ oēs tenent̄ ini
micos etiā actu inimicātes diligere.et eis vitā eter
nā optare.Si aūt loquamur de affectu impato quo
quis optat alij psperitatē tpalē.sic nō oēs tenētur di
ligere.ḡ sufficit n̄ odisse.Et hoc ē qd̄ dicit Amb.Suf
ficit q̄ inimicos diligam⁹ et nō odio hēam⁹.in q̄ in
nuit q̄ cuȝ duplex sit charitatis affectus.vno tene
mur diligere.altero vero sufficit nō odisse.Un̄ ad n̄
odiendū inimicos.et nō gaudēdū de malis eoꝝ oēs
tenētur.sicut dī Prouer.xxv.Cū ceciderit inimicus
tu⁹ ne gaudeas.Et Eccl.ix.Noli de moꝛtuo inimi
co tuo gaudere. Diligere vo oino quātū ad affectū
elicitū et impatū optādo ei bona eterna et tpalia.ḡ
pfectiōis ē et superogatiōis.Diligere vero ad bona
eterna hoc necessitatis ē ꝛ p̄ceptiōis.et ad hoc omēs
generalit̄ sunt obligati tā pfecti q̄ impfecti sicut ra
tiōes que ad primā ptem inducūtur ostendūt.et iō
cōcedēde sunt. Ad illud qd̄ obī pmo in ꝯtrariū de 21
Mat.v.diliges amicū tuū.et odio hēbis inimicum
tuū.Rn̄deri pōt duplr̄.Primo p hoc q̄ lex nūq̄ p̄ci
pit odio habere inimicū.ḡ ipi iudei hoc arguebāt a
contrario sensu.q2 tm̄ p̄cipiebatur eis diligere ami
cos.arguebant ex hoc q̄ dbebāt odire inimicos. Ali
ter pōt rn̄deri q̄ ē odiū affectus et odiū effect⁹.Et ite
rum ē inimicus ecclesie siue fidei.ꝛ inimic⁹ psonalis.
cū ḡ lex innuebat inimicū odio eē habēdū hoc intel
ligitur de odio effect⁹ et de inimico eccl'ie et cult⁹ di
uini.Odio vero affect⁹ neminē p̄cipiebat odire nec
inimicū psonalē nec inimicū ecclesie.Inimicū aūt p
sonalē nō p̄cipiebat odiri nec odio affect⁹ nec odio
effectus.imo poti⁹ obligabat ad illud ipȝ diligendū.
licet nō eēt ita tūc expꝛessum.Un̄ et dn̄s explicuit in
Mat.v.Et pptrea nō pōt ex hoc argui q̄ n̄ oēs te
nentur diligere inimicos❡Ad illud vero qd̄ obī q̄ 22
diligere inimicos pfectoꝛum ē. Rn̄dent aliqui q̄ il
lud intelligitur de dilectiōe affectus et effect⁹ nō de
dilectiōe affectus tm̄.Sȝ vtrū hoc sit veꝝ in sequēti
pblemate declarabitur.Nūc aūt dicamus q̄ si in
telligatur de affectu elicito et impato perfectionis ē.
Si vero de affectu elicito.est tm̄ generalis necessita
tis.Glo.vero loquit̄ ibi de dilectiōe quātū ad vtrū
q; modum❡Ad illud qd̄ obī q̄ diligere inimicos 23
est mirabile.dd̄m q̄ mirabile dicitur illud qd̄ est su
pra facultatē nature.hoc aūt pōt eē duplicit̄ fm̄ q̄ ē
opatio nature simplicit̄.et nature rōnalis. Facere
aūt mirabilia supra posse nature hoc ē p gratiā gra
tis datā.quā vocat apl's opationē virtutū.et hec nō
omnib⁹ est data.Facere vero mirabilia supra posse
nature rationalis hoc est per gratiam gratum facie
tem.vtpote per fidem et charitatē.Per fidem enim
credimus multa q̄ non possemus credere sine ea.et
q̄ videntur infidelibus nimis incredibilia.Et p cha
ritatem amamus ea que videntur charitatē nō ha
bentibus odibilia.et hec mirabilia continent̄ in lege
diuina.et datū ē illa oibus facere.q̄ volūt in se susci

pere gratiã gratũ faciẽtem.7 p tãto nõ põt argui q
nõ tenemur ad dilectionẽ inimici.hoc cñ ẽ aliud ge
24 nus mirabilis.ḡ illud de quo loquit Aug. Ad il
lud vero qõ obi de aucte Ambro.q sufficit si odio ñ
habemus.dõ.q auctas illa trucate inducit.dicit cñ
hec duo simul sufficit si simplr diligimus et nõ odio
habemus.q̃ duo valde rõnabiliter dicit.et duplicem
affectũ dilectiõis inmuit.et ad confirmationẽ facit p
babite rñsiõis.p quã auctas illa facis pt intelligi.2c.

Quẽstio .v. e

Utr oẽs teneanẽ diligere inimicos ḡntũ ad effectũ.
Et q sic vi paio aucte ve.te.Ero.xxiij. Si videris asi
nũ odiẽtis te iacere sub onere.nõ pteransibis ḡ suble
uabis eum eo.Et hocipm dicit Prouer.xxv. Si esu
rierit inimic9 tuus ciba illũ.si sitierit potũ da illi. Si
ḡ mãdata ista oibus ꝓponebanť.vi q oẽs teneanť
diligere inimicos ḡntũ ad effectum. Itẽ hoc vi et
auctre noui testa. Mat.v. diligite inimicos vros .be
nefacite bis q̃ oderunt vos.et orate.p psequẽtibus
25 vos.2c. Ibi dicit q̃dã glo. Trib9 modis peccať con
tra ecclesiã.odio.verbis.cruciatu corpis.Econtra ve
ro ecclesia tria facit.diligit.benefacit.et orat.ḡ nõ est
membrũ ecclesie q̃ ñ diligit amicos et effectu. ḡ oẽs
teneanť ito mõ diligere. Itẽ hoc vi p rationẽ.q di
lectio affectus sine dilectiõe effectus non est dilectio
vera.pbatio cñ dilectiõis exhibitio ẽ operis.si ḡ ve
ra dilectionẽ oẽs teneanť inimicos diligere.vi q oẽs
teneanť nõ solũ affectu ḡ etiã effectu inimicos ama
re. Itẽ pniciosior inimicus ẽ caro nra q̃ aliquis ꝓ
prim9 nr.ḡ carnẽ nostrã repugnãte tenemur nutrire
et fouere quãtũ ad ei9 naturã.ḡ si magis tenemur
ꝓximos diligere.vi multo fortius q debeam9 eos ñ
solũ affectu amare ḡ et effectu cos nutrire et fouere.
et bñficia eis cõicare. Itẽ nõ solũ sumit bõ vindic
tam de alio infligẽdo malũ ḡ etiã subtrahẽdo bonũ.
ḡ oẽs teneanť nõ querere vltionẽ ſm q vi Leuit.xix.
Et ad Ro.xij. Non vos vindicantes. ergo oẽs te
nemur nõ subtrahere aliquod bonũ ꝓpter acceptã
iniuriã. Si ḡ oẽs teneanť diligere cos qui nõ sunt ini
mici affectu piter et effectu.vi q silr oẽs vtroq3 mo
do teneanť inimicos diligere. Sz contra. frequenť
ꝓcipitur in lege q̃ ipi interficiãť inimicos suos .sicut
Exo.xxiij. Nõ feries cũ eo fedus nẽ.ḡ vi q in ve.le.ñ
tenebanť inimicos diligere ḡntũ ad effectũ .ḡ pari ra
tiõe nec impfecti tenenť inoua. Itẽ sup illo Mat.
v. diligite inimicos vros.dicit quẽdã glo. Cumulus
pfectiõis ẽ diligere inimicos et orare ꝓ ipsis. Si ḡ ñ
oẽs tenenť ad cumulũ pfectiõis .nõ oẽs tenenť ini
micos diligere effectu. Itẽ3 Aug. dicit in ench. et
babeť in lra.q diligere inimicos et benefacere eis ñ
ẽ tant9 ḡntũ er audiunť in odiõe põica. si ḡ in ora
tiõne põica nõ eraudiunť nisi boni.vi q nõ oẽs bo
ni teneanť inimicos diligere affectu piter et effectu.
Item hocipm vi per regulam pbi. Si oppositũ in
opposito.et ꝓpositũ in ꝓposito.cũ ḡ amicis sic bene
faciendum ꝓ se loquẽdo.vi q inimicis sit malefaciẽ
dum. Itẽ videmus in omni creatura tam animata
q̃ inanimata q inimicicia sit causa pugne sicut ami
cicia ẽ causa concordie.si ḡ nemo debet facere cõtra
naturalem rectitudinẽ.vi q magis sit rectũ ſm rõis
ordinẽ inimicos expugnare q̃ eos adiuuare.ḡ nõ vi
26 q oẽs teneanť ipsos effectu diligere. R. ad predi
to3 intelligentiã ẽ notandũ q circa hoc ẽ dupler mo

an diligere inimicũ. Et q diligẽ inimicũ.vi Matth.
v. Si diligitis illos q̃ vos diligũt quã mercedẽ hẽbi
tis:Glo.ibi.nullã in celo.ſ ostat q ꝺ dilectiõe inimi
corũ maiꝛ merces hẽť.ḡ maiorꝛ pfectiõis ẽ et meriti
diligere inimicos q̃ amicos. Itẽ diligere inimicos
ẽ de supadditis a dño in cuãgelio.ſ dns nõ supaddi
dit nisi ea q̃ maiorꝛis pfectionis erãt. vi ḡ q maiorꝛis
pfectiõis sit diligere inimicos q̃ amicos. Itẽ vbi
ẽ maiꝛ pugna ibi est gliosiꝛ victoria.et vbi ẽ maiꝛ
difficultas.ibi est maiꝛ ratio virtutis 7 meriti. p eo
q: ars 7 virt9 ẽ circa difficilia.ſ maiꝛ ẽ pugna 7 dif
ficultas in diligẽdo inimicos q̃ diligendo amicos.ḡ
maiꝛ pfectio reſidet 7 meritũ circa dilectionẽ inimi
coꝛ q̃ amicoꝛ. Itẽ quãto bõ magis supra se eleua
tur in aliquo motu virtutis.tãto mot9 ille 7 actio est
perfectiꝛ: et excellentiꝛ.ſ in dilectiõe inimicoꝛ plus
eleuat bõ supra se et supra ea q̃ sũt nature q̃ in dile
ctiõe amicoꝛ.ḡ motus dilectionis circa inimicos est
magis meritorius et pfect9 q̃ motus dilectiõis erga
amicos. Itẽ quãto mot9 dilectiõis ẽ pfectiꝛ.tãto
ẽ liberaliꝛ: et purioꝛ.amoꝛ cñ spũalis purus est 7 li
beralis.ſ mot9 dilectiõis erga inimicũ purioꝛ est 7 li
beraliꝛ q̃ erga amicũ. Purioꝛ quidẽ.q: nihil 9z ad
mittũ de charitate. Liberaliꝛ.q: min9 9z de obliga
tiõis necessitate.ḡ vi q multo sit pfectiꝛ.7 deo acce
ptiꝛ.7 ad meredũ efficaciꝛ. Sz contra.dilectõ ini
coꝛ ponit ab Amb.in vltimo gradu.ḡ dilectio il
la maxime recedit a ꝓmo gradu dilectiõis.q̃ ẽ maxi
m9 et nobilissim9.ſ q̃nto aliq̃d recedit a ꝓmo 7 sum
mo in illo genere.tãto min9 9z de pfectiõe 7 comple
mento.Si ḡ dilectio inimicoꝛ magis recedit.ḡ vi q
multo pfectiꝛ et excellẽtiꝛ sit mot9 dilectiõis erga
amiciꝛ q̃ inimicũ. Itẽ quãto dilectio ẽ excellentiꝛ.
tanto ẽ dilectiõi dei similiꝛ.ſ 9z magis diligit dili
gẽtes se iuxta illud qõ 9z Prouerb.viij. Ego diligen
tes me diligo.igit dilectio amicoꝛũ magis assimilat
dilectioni dei q̃ dilectõ inimicoꝛ.ḡ ẽ multo pfectiꝛ.
Itẽ motus dilectiõis tãto melioꝛ ẽ et pfectiꝛ quã
to feruẽtiꝛ et frequẽtiꝛ.ſ mot9 charitatis erga ami
cũ feruẽtiꝛ et frequentiꝛ: ẽ q̃s erga inimicum.ḡ ꝛc.
Itẽ quãto mot9 dilectiõis rectiꝛ ẽ et plus 9z de re
ctitudie et equitate.tãto melioꝛ 7 excellẽtiꝛ: est in se.
ista dilectõis ẽ melioꝛ illo. Itẽ in eo qõ melio9
7 pfecti9 ẽ.magꝭ 9z bõ se exercere.ḡ si mot9 dilectõis
erga inimici eẽt melioꝛ et pfectioꝛ.frequẽti9 ꝓderet
homo circa ipm affici et ꝓ ipo orare.q si hoc ẽ imõ
nicẽs dicere q magis ꝺebeat bõ orare ꝓ inimicis q̃s
ꝓ amicis.q: hoc eẽt ordinẽ charitatis puertere.ḡ re
stat q nõ ẽ mai9 bonũ inimicos q̃s amicos diligere.
R. ad ꝓdictoꝛ intelligẽtiã ẽ notandũ q cum queri
tur de cõparatiõe istoꝛ duoꝛ motuũ dilectiõis quoꝛũ
vnus ẽ erga amicuꝫ.alt erga inimicũ.dupliciť pot ĝri.
aut ꝓut compañ ad diuersos habit9 7 radices.aut
ꝓut compañ ad eũdẽ.Si ꝓut ad diuersas radices
7 habitus cõpañ.ita q vnus habitus habilitat tñ
ad amicos.alter vo se extendit vsq3 ad inimicuꝫ. sic
absq3 dubio multo mai9 et excellẽtius ẽ diligere ini
micũ q̃ amicũ.et multo pfectiꝛ habitu indigemus
ad boc q possimus exire in istũ actũ q̃s ad ꝺ vt exea
mus in alterꝫ.Et boc ẽ qꝺ dicit Aug.in ench.7 habe
tur in lra.Magna ẽ erga eũ qui tibi nihil mali fecit
es benefici9 et benignus. Illud vero multo grãꝺi9 et
magnificentissim9 ẽ bonitatis ẽ vt tuũ q̃s inimicũ ꝺili
gas.Si vero loquamur de istis actibus ꝓut ad eã
dem radicẽ compañ et ab eadẽ charitate ꝓcedunt.
sic quodammodo sunt equales.et quodammodo se
mutuo excedunt.Quantum enim ad rationez me
rendi respectu ꝑmi subalis eqlitatem bñt.q: quanti
tas illius ꝑmi rñdet quãtitati radicis. Quãti vero
ad rationẽ meredi respectu ꝑmi accidẽtalis.et quã
tum ad vigoꝛẽ ipius act9 et mot9 mutuo se excedũt.
Ita motus dilectiõis erga amicos excedit quãtum
ad feruoꝛẽ et frequẽtationẽ. Mot9 9o dilectiõis er
ga inimicos ẽ purioꝛ et difficilioꝛ. et ita quodammo
vnus istoꝛ motuũ ẽ alio melioꝛ et eõuerso ſm vari
um modũ accipiẽdi magnitudinẽ. Ita in dilectione
amicoꝛ virtus charitatis magis creꝛeꝛt intensiue.ſ
in dilectiõe inimicoꝛ magis exercet extensiue. sicut
virtus caloris ignis amplius calefacit ꝓpinq9a q̃
remotioꝛa.et quodã mõ plus apparet efficacia illi9
virtutis in bis q̃ sunt ꝓpinqua.quodã mõ in bis que
sunt longinqua. Rõe intẽsiõis plus in calefactiõe ꝓ
pinquoꝛ.et rõe extẽsiõis plus in calefactiõe longin
quoꝛ. Sic et in ꝓpositis intelligendum ẽ q̃ dilectio
amicoꝛ et dilectio inimicoꝛ ꝓut ab eadẽ radice ꝓ
cedũt ſm diuersas ꝺitiones 7 respect9 mutuo se ex
cedũt.et ſm hoc dissolui põt rões q̃ ad diuersas par
tes adducunť. Diuersis cñ vijs ꝓcedunt ſm quas
vtroq3 verus sine repugnãtia ꝺcludere põt. Sz si vl
terius queraꝭ. Quis istoꝛ duoꝛ motuũ oibus pen
satis excedat reliquũ.hic sũt diuerse opiniones. Ita
quidã volũt ꝺicere q motus ille q̃ est in amicũ meli
oꝛ est.q: intẽliꝛ: est et plus 9z de rõe boni. Et istum
modum ꝺicẽꝺi vi mgr approbare in lra. Et si bune
modu9 q̃ satis vi.ꝑbabilis sustinere ꝺeꝛim9 .respon
ꝺeri põt ad rões q̃ primo inducunť q ab insufficien
ti ꝓcedũt. Cũ cñ ꝺi q mot9 q̃nto difficiliꝛ: et puri
oꝛ et magis supra vires nature.tãto ẽ pfectiꝛ et ex
cellentiꝛ. Ꝺõ.q hoc verũ ẽ ceteris paribꝰ. Sz cũ aꝑ
sumit ꝺe motu ꝺilectionis inimicoꝛ qui ẽ bmõi. re
spõꝺeri põt q nõ sũt cetera paria.q: multo maiꝛ et
feruentiꝛ ẽ motus ꝺilectiõis erga amicos q̃s sit ille.
Alius vero ẽ hic mod9 ꝺicendi q ꝺilectio inimicoꝛ
ẽ excellentiꝛ simplr loquendo.et magis in ea exerci
tať pfectio charitatis. Et si hũc modũ ꝺicendi sustiꝛ
nere velimus.q̃s vi auctas Aug.ipm satis ꝑbabile
facere. ꝑt rñderi ad ea q̃ in contrariuꝫ adducuntur.
Ad ꝑmũ qõ obi ꝺe ordine ꝺiligendoꝛ ꝺici põt q 31
Amb.in gradibus illis nõ intendit ponere vel assig
nare gradum pfectionis in ꝺilectione.si gradum er
ꝺitionis ſm maioꝛẽ et minoꝛẽ obligationez. Ad 32
illud qõ obi q ꝺilectio amicoꝛ est ꝺilectiõi ꝺei simi
liꝛ. Rñdeꝛi põt ꝑ interruptionẽ.q pfectio ꝺilectio
nis ꝺiuie magis manifesta est in hoc qõ ꝺilexit nos
cum essemus inimici q̃ si cẽm9 amici. Juxta illud apli
Roma.v. Cõmendat aũt deus charitatem suam in
nobis.quia cum adhuc peccatores essemus ſm tem
pus rps.p nobis mortuus est. Tñ et si in ꝺilectiõe
amicoꝛ charitas ꝺei ostẽꝺatur esse magna. in ꝺilec
tione inimicoꝛum ostẽꝺitur esse nimia. Juxta illd
Eph.ij. Propter nimiam charitatem suam qua ꝺi
lexit nos ꝛc. Ad illud quod obꝺicitur q tanto mo 33
tus ꝺilectionis est melioꝛ quanto feruentiꝛ.ꝺõm q
illud verũ est vbi ẽ par ꝺificultas 7 resistentia. Ubi
autem non est par ꝺificultas sicut in propolito non
habet veritatem.q: patet.quia modicus ignis citi
us aꝺurit fenum q̃ magnus ignis aꝺurat forte li-

gnū. Ad illd qd obi q ꝓto motꝰ dilectiōis ē rēcti
or tāto pfectior. dd. q ē verū. Sed cū assumit. q motus dilectiōis erga amicū magis ē equꝰ ꝛ rectus. Rspōdendū ē p distinctionē. q maior equitas pōt esse duplr. Aut ꝓpter exigētiā meritoꝝ et dignitatis a pte dilecti. ꝛ sic magis ē equū diligere amicū ꝙ inimicū. Aut ꝓpter abūdātiorē rectitudinē a pte diligentis. et sic nō ē magis equū diligere amicū ꝙ inimicū. imo magis cōtrariū. q. hoc ē maioris ꝛ abūdātioris
iusticie ꝙ illud. Ad illud qd obi. q magis dz bō se exercere in eo qd ē maioris pfectōis. rnderi pōt q in exhibitiōe alicꝰ bñficij et executiōe alicꝰ actus. dupli ci intentiōe pōt bō se exercere. aut ꝓpter pfectū alterius. aut ꝓpter meritū suū. nec dz bō in opibus suis tm meritū suū ituri ꝙ etiā pfectū primi. licz ꝙ i exercitatione circa dilectionē inimici maior sit via. pficiēdi et lucrādi et ad pfectionē ꝓueniēdi. q. tm magꝭ obligat bō amico ꝙ inimico. frequētius dz in amore amici se exercere. Tm qd dicit q magis debemus nos exercere in his que sūt maioris pfectiōis. dd. q illud nō ē vsq; quaq; verū. imo magis debem nos exercere in his que sūt maioris obligatiōis. et sic patet quō pōt satis rōnabiliꝭ vtralibꝫ ps sustineri.

Distinctio. xxxj. de charitate quātū ad durationē.

Illud quoq; nō ē pretereundū. ꝛc. Supra egit magr de charitate q̄tū ad diffinitionē. diligibilium distinctionē. diligēdi ordinē. et meriti pfectionē. In hac vo quita pte agit d charitatis duratōe. Et qm ꝓuēit ad habitus aliarum virtutum. et per comparationem ad peccatum sibi oppositum. et p cōparationē christus. Ideo diuiditur pars ista in tres partes. In quarum prima inquirit magister vtrū charitas possit per peccatum amitti. In scā determinat qualiter spes et fides et scia habeant euacuari. ibi. Aduertendum ē etiā quō fides et spes. ꝛc. In tercia pte inqrit vtrū ordo q̄ inest charitati in via. in xpo et in alijs btis bēat inueniri. ibi. Hūc iā supest inuestigare. ꝛc. Dcia ps diuidit in tres ptes. In quaꝝ prima adducit auctes ad ondendū q charitas nō possit tolli p peccatū. In scda vero inducit auctes ad oppositū. ibi. Hec innuere videnꝭ q charitas. ꝛc. In tercia vo subiūgit explanatōes illaꝝ auctū ex qbus cōcludebat falsū ꝓpter intellectū puersum. ibi. Qd vo apls ait ꝛc. Ulaꝝ vero ptiū subdiuisio satis manifesta est in littera.

a ¶ Charitas que deseri potest nunq; vera fuit. Contra. fm b videt q immutabilitas sit de veritate charitatis. g si bō i via ſper mutabilis ē a malo in bonū. videtur q nunq; habeat veram charitatē. Si dicat q magister dicit inferi? q veritas illa nō refertur ad charitatis cētiā ſ ad eius efficaciā. hoc nō soluit. Primū. q; multi viatores bñt charitatem q̄ pducit eos ad veram bñtudinē. et tm q̄diu viatores sūt pñt charitatē deserere. g ista duo pñt simul stare q charitas possit deseri ꝛ q fuerit vera. Item charitas vie ꝛ patrie sūt vnius rōis. g si d vitate charitatis ptie ē vt sit immutabil. vi silr q sit d vitate charitatis vie. Et sic vi simplr sentire Aug. q charitas vera nunq; amittat. Sz hoc est simplr falsum. sicut manifeste scitur per experimentū. g. ꝛc.

Rūdeo dz q verbū

¶ Inqrit vtrū charitas possit p peccatū amitti. et adducit auctoritates ad ꝓbādū in ptē negatiuā. a

XXXI

Illud q̄z nō ē pretereūdū q q̄dā asserūt charitatē semel habitā ab aliquo nō posse excidere. nullūq; damnādū hāc aliq̄n habere. qui hāc traditiōem subditis munūt testimonijs. Aplus ait. Charitas nūq; excidit. Aug. etiā inqt. a Charitas que deseri pōt. nūq; vera fuit. Itē charitas ē fons ppnius et singularis bonoꝝ. cui nō cōicat alienꝰ. Alieni sūt oēs q audituri sūt nō noui vos. De hoc fonte scriptura dicē. Fōs aq̄ viue sit tibi. ppriꝰ et nēo aliꝰ cōicet tibi. Si āt alieni sūt qui audituri sūt illā vocē. nō g huic fonti cōicāt dānandi. Itē Aug. sup epl̄az Iohis. Radicata ē charitas. securus esto. nihil mali ꝓcedere pōt. Itē Greg. in moralibꝰ. valida ē vt mors dilectio. virtuti enī mortis dilectio cōpar. q. nimiꝝ mētē quā semel cepit. a dilectiōe mūdi fundit occidit. Itē Aug. sup epl̄az Iohānis. Unctio Iuisibilis charitas ē. q̄ in quocūq; fuerit, radix illi erit q ardēte sole arescere nō pōt. nutrit calore solis nō aresc̄it. Itē Beda sup Jo. Querēdū ē quō spāle filij dei agnoscēdi signū fuerit q sup eū descēderit et mānerit spūs. Quid magni ē filio dei q in ipo manere spūs astruat? Notandū q̄z q. semp in dño manserit spūs. in sanctis vo q̄diu mortale corpus gestauerint ptim semper maneat. partim rediturus secedat. Manet aūt apud eos vt bonis insistant actibus. Recedit vero ad tps ne semp infirmos curādi. mortuos suscitandi. demones eijciendi. vel etiam ꝓphetizādi habeant facultatem. Manet ergo semper vt possint bñ ꝛtutes. vt mirabiliter ipi viuāt. Uēit ad tps. vt etiam alijs ꝙ miraclorꝝ signa ꝙles sint intus effulgeant.

.s. Lor. xiij. a ¶ Aug. in/liano comiti.

Math. xxv.

Aug. Greg. super psal. cij.

Aug.

Beda

Greg. super Ezechielem.

Itē Greg. In sanctoꝝ cordib fm quasdā ꝛtutes sepmanet spūs. fm quasdā recessur venit et vētur recedit. In his virtutib sine qb ad vitā nō ꝓuenit in eloꝝ suoꝝ cordibus pmāet. in his vo p qs sanctitatis ꝛtus ostēdit. vt in exhibitiōe miraculoꝝ. aliq̄n adest. aliq̄n se subtrahit. Itē Amb. Ficta charitas ē que in aduersitate deseri

Amb.

¶ Addūt autoritates que sonāt in oppositū. b lhec innuere videnꝭ q charitas sel habita nō amittatur. Jo q̄dā in ptr̄ata. pfilict audaciā dicētes charitatē a dānādis nō haberi. nec a quoq; habitaz posse amitti. quos rō vincit et autoritas. Quidā enī ad tēpr sūt boni. q postea fūt mali. et ecōuerso. Tm quorūdā nōia xp̄s dicit scripta i libro vite. q tamē postea abierūt retro. Sz scripta dicit nō fm pscientiā. sz fm psentē iusticiā cui deseruiebāt. qz digni erāt tūc illo bono qō habituri sūt pscripti fm pscientiam. Tm Amb. Quibusdā gra data ē in vsuz vt Sauli et Jude. ei lis discipulis qb dns dixit. Ecce nōia vra scripta sūt in celis. et postea abierūt retro. Sz hoc dixit ꝓpt iusti cā cui deseruiebāt. qz boni erāt. Frequēter enī aū sūt mali q futuri sūt boni. et aliq̄ties pr sūt boni q futuri sūt ꝛ pmā sūt mali. ꝓpter qō dicūt scribi in libro vite et deleri.

b

Amb. super epi. ad Ro. Luce. x.

¶ Subiūgit explanationē illaꝝ autoritatū ex qb concludebat falsuz ꝓpt intellectū puersuz. c

c

Qd vo apls ait. charitas nūq; excidit. nullatenꝰ. pfilis facit. dignitatē enī charitatis ondēs dicit eā nō excidere. qz hic et in futuro erit. Sz fides et spes euacuabunt et scietia. Itē q dr charitas nūq; fuisse vera que deseri pōt. nō ad cētiā charitatis refert. Sz ad efficientiā. qz ſ efficit charitas que deserit hōiez vere beatū. ſ pducit ad verū bonū. huic enī fōti alieni. i. dānandi nō cōicāt. i. in fine. qz nō pscuerāt. Pōt tamen hoc et cetera que de charitate dicta sūt. d pfecta itelligi. quā soli pfecti hnt. que sel habita ſ amittit. Exordia vero charitatis aliq̄n crescūt. aliq̄n deficiūt. Sunt enī virtutis exordia ꝛ pfectꝰ ꝛ pfectio. quos gradꝰ ille discernit q pabolā illā itelligit. Sic ē regnū dei quēadmodū si iactet bō semē in terrā. et dormiat. et exurgat semē. et germinet. ꝛ crescat. ꝛc. Si g pfecta charitas sic radicata ē vt amitti neq̄at. icipiēs tm et ꝓecta amitti pōt et sepe amittit. Sz dū habet ſ sinit habētē criminaliter peccare. Qd Aug. ondit ingens. qz radix oīm maloꝝ ē cupiditas. ꝛ radix oīm bonoꝝ ē charitas. Si mul ābe eē nō pñt. nisi vna radicꝰ euulsa fuerit. alia plātari nō pt. Sine cā conat aliqs ramos incidere. si radicē nō ꝓtēdit euellere.

Marci. iij.

¶ Qualiter fides et spes et scia dicāt euacuari et nō charitas cū et ea ex pte sit. d

d

Aduertēdū etiā ē quō fides. spes. et scia dicant euacuari q. ex pte sūt. et non charitas. cū et ipa ex pte sit. Ex pte id ē impfecte diligimus sicut ex parte scimus

Augu. super epi. Johan.

illud sane pōt intelligi vt fiat vis in duplici verbo. Primo vt fiat vis in vbo ex parte subiecti. in hoc qd dicit charitas q̄ deseri pōt. Aliq̄ enī ꝓpietas sine qualitas deseritur ꝓpter hoc q nō pt resistere ipellēti. Aliq̄ d̄ serit ex mera voluntate habētis. Cū g dicit Aug. q charitas non ē vera q̄ pt deseri. hoc intelligit d illo amore q nō hz efficaciā ſistēdi. talis enī amor q pt a supueniēte tēptatōe violētia q̄dā expelli. ſ merebit dici amor charitatis. cuius ē deū charissimū habere. et ꝓpt se et sup oia diligere. ꝛ ꝓpter amatū oia facliter tolerare. Aliē pōt intelligi vt fiat vis in hoc qd dicit nunq; vera fuit. q. vē? vba dicūt dupli. Aut q hz opationē sibi debitā. Aliē q; pducit ad finē. ꝓpt quā ē. et in ꝓpōito vbo dr charitas nō esse vera q̄ deseri pōt. q. si deserit. finis debitus nō acq̄rit. iō poti? vera q vera ē fputāda. nec loquit hic Aug. d quacūq; potētia deserendi charitatē. ſ de potētia que ē actui cōiuncta. Ad illd qd obi q immutabilitas sit de veritate charitatis ꝛc. dd. q illud intelligit d eo qd ē imutabile p natūrā. nō de illo qd ē imutabile p diuinā largitatis bñficentiā. et cōtinue bonitatis influētiaz. sicut est charitas pfecta in patria. ¶ Quorūdaz nōia xp̄s dicit scripta in libro vite qui tm postea abierūt retro. Cōtra. qd scriptū est in libro vite. cū ille lib sit immutabilis. deleri n pōt. ergo non videtur q sit possibile vt aliq̄ qui scripti sunt postea 2

vadant retro et deleantur de illo libro. Est ergo questio vtrum aliquis de illo libro possit deleri. Qz sic videtur per illud quod dicitur in ps. Deleantur de libro viuentium. ꝛc. Et exodi. xxxij. Aut dimitte eis hanc

vt ait Efici⁹ sup leuiticũ. Cũ ḡ oẽ qd̓ ex pte ẽ euacue-tur. cur charitas excipit̃ que dr̃ nunq̃ excidere? Charitas q̃dẽ etiã ex pte ẽ. vt sepe sancti docent. qꝛ ex pte diligim⁹ nũc. ꝛ iõ ipa euacuabit̃ inquantũ ex pte ẽ, qꝛ tollet̃ ipfectio ꝛ addet̃ pfectõ. Remãebitq; ipa aucta. et act⁹ ei⁹. et mod⁹ diligẽdi. vt diligas deuz ꝑpter se ex toto corde. et ꝓximũ tuũ sicut teipm̃. Sꝫ ipfectiõis mod⁹ eliminabit̃. Fides ṽo et spes penit⁹ euacuabũtur. Scia ṽo ſm actũ et modũ suũ q̃ nũc ẽ non ſm sui eẽntiã tollet̃. Ipa eñ virt⁹ ſcie remanebit. sed alium tenebit vsum et modum.

Eficius sup Leuit.

Utꝝ ordo q̃ inest charitati in via. in xp̃o et in alijs btis hẽat inueniri. c

Nũc iã supest inuestigare. si xp̃us ſm q̃ hõ ordinẽ diligẽdi pscriptũ ſuauerit? Q̃d si ẽ. omnẽ hominẽ sicut seipm̃ dilexit. Oĩbus ḡ vitã optauit. oẽsq; saluos fieri voluit. Sꝫ nõ oẽs salui sũt. ꝛ ita nõ ẽ factũ qd̓ optauit. Sꝫ ñ ẽ ignorãdũ i eo fuisse charitatẽ iuxta modũ pfie ñ vie. cũq; ordinẽ diligẽdi iplesse q̃ ſuat̃ in pfia nõ in via. Qui eñ in pfia sũt. i. iã btificati sunt. adeo iusticie dei addicti sũt vt nihil eis placeat nisi qd̓ deo placet. Ac p hoc illoꝝ tantũ salutẽ diligũt et volũt q̃s de⁹ saluari vult. eosq; solos sicut se diligũt. Ita ꝛ chri-st⁹ electos tãtũ sicut se dilexit. coꝛũq; salutẽ optauit. c

norã. aut dẽle me de libro vite. Sꝫ in ꝯtrariũ ẽ qd̓ dr̃ super illud Apocal. iij. Nõ delebo eũ. Glo. Liber vite ẽ pscia dei in qua oia sunt ꝯstantia. Iuxta hoc querit̃ de libro vite q̃d sit ꝛ q̃s ei⁹ vsus. R. ad hoc breuiter dõm ẽ quãtuꝫ spectat ad ꝓpositũ. qꝛ qd̓ ista determinat̃ in q̃rto libro in tractatu de resurrectiõe. q̓ cuꝫ liber vite sit diuina disposi tio ſm quã aliq̃s ordinat̃ ad vitã. et reputatur eẽ dignus vita. aliquis põt dici dupliciẽ scribi in illo libro. vel ſm p̃ntis iusticie ꝑputationẽ. vl' ſm finalis gratie ꝓuisionẽ. Et pmo modo dr̃ scribi in libro vite. qꝛ scribunt̃ eius merita. Scd̓o ãt mõ nõ solũ qꝛ scribuntur eius merita. ß etiã qꝛ ipe ordinat̃ ad vitã ſm p̃destiationẽ diuinã. Qui pmo mõ scribit̃ delet̃ quãtũ ad p̃sentẽ iusticiã. qꝛ iã nõ reputat̃ dignus vita. Qui scd̓o mõ scribit̃ nũq̃ dlet̃. deletio aũt illa nõ dicit aliquã im-
5 mutationẽ factã circa ipm̃ deum. ß solũ circa meritũ imutatũ. Et sic ptꝫ r̃nsio ad obiecta. c Christus electos tm̃ sicut se dilexit coꝛũq; salutẽ optauit. Contra. latioꝛ fuit charitas in xp̃o q̃ in nobis. ß nos nõ diligim⁹ solũmõ electos verũ etiã pscitos. ḡ et xp̃s. Itẽ illos dilexit xp̃s q̃s voluit saluos fieri. ß ſm q̓ dr̃. j. Thi. j. Ipe vult oẽs hoĩes saluos fieri. ḡ vr̃ q̓ tã electos q̃ reprobos dilexerit. Itẽ ãgeli nõ tm̃ seruiũt electis immo etiã malis. et eos quib⁹ seruiũt volũt p̃ducere ad vitã. ḡ diligũt eos ex charitate. ḡ multo forti⁹ vr̃ q̓ xp̃s ex charitate oẽs dilexerit. et si hoc veꝝ ẽ. tũc nõ ẽ verũ qd̓ mgr̃ dicit. R. dõꝫ. q̓ sicut in pmo li. dictũ fuit voluntas in deo distinguit̃ ſm duplicẽ modũ. Est eñ volũtas in deo añcedẽs. et volũtas cõseq̃us. Voluntas añcedẽs ẽ solũmõ ex ipo. Volũtas vero cõsequẽs pendet ex cã nr̃a. Per hũc modũ duplex ẽ distiguẽda dilectio in xp̃o. vicꝫ dilectio q̃ ẽ ſm voluntatẽ añcedentẽ. et hac quidẽ oẽs diligebat. qꝛ oẽs ad salutẽ p̃uenire cupiebat quãtũ est ex se. Et dilectio ſm volũtatẽ cõsequẽtẽ. et hac qꝛ r̃spicit merita finalia nõ oẽs diligebat. nec oẽs ad salutẽ p̃uẽire cupiebat. Et d̓ hac vltia itelligit mgr̃. Ipe ãt opponit d̓ pma. ꝛ p h̓ pꝫ r̃nsio ad obiecta.

Ad intelligẽtiam huius ptis incidit hic qd̓ circa tria ſm tria q̃ determiat magister. Primo eniꝫ queritur d̓ diuisiõe charitatis p cõparationẽ ad peccatũ sibi oppositũ. Scd̓o querit̃ de eadẽ cõparatione ad habitus aliaꝝ virtutũ. Tercio querit̃ de ipa per cõparationẽ ad statũ glorie futurũ. Circa pmũ querunt̃ tria. Primũ ẽ vtꝝ charitas semel habita possit amitti. Scd̓ꝫ vtꝝ amittẽs charitatẽ possit resurgere in charitate equali. Tercio querit̃ vtꝝ possit resurgere in minori.

Questio. j. a

Utrum charitas semel habita possit amitti. Et q̓ nõ adducit mgr̃ multas auctes in lr̃a. Et hocipm̃ oñditur rõe. Hec eñ ẽ p se ṽa. amoꝛ vnit. ḡ maioꝛ amor magis vnit. ß amoꝛ charitatis ẽ excellẽtioꝛ multũ q̃ sit amoꝛ natural'. ḡ excellẽtius vnit. ß natural' amoꝛ vnit indissolubiliter. qꝛ null⁹ vnq̃ odit qd̓ naturaliter amat. ḡ multo fortius amoꝛ charitatis indissolubiliter vnit. ergo qui charitatem hꝫ nõ põt vinculo charitatis priuari. Itẽꝫ fortioꝛ ẽ charitas in bono q̃ sit aliqd̓ peccatũ in malo. ß magis forte nõ pt destrui p minus forte. ḡ charitas nõ põt expelli p peccatũ. nec p aliud hꝫ expelli. ḡ sel' habita nõ põt amitti. Itẽ oẽ peccatũ ortũ hꝫ ex timore male hũiliante. vel ex amore male incẽdẽte. ß in eo in quo ẽ charitas nõ ẽ timoꝛ male hũilians. nec amoꝛ male incendens. Quia dicit Ierõ. Nũq̃ est charitas sine timore ß casto. nũq̃ sine cupiditate ß ordiata. ḡ vr̃ q̓ in eo in quo ẽ charitas. nulla possit eẽ culpa. vr̃ ḡ q̓ charitas ex quo semel habet̃ nũq̃ amittat̃. Itẽ li. arbi. in eligendo semp sequit̃ affectionẽ p̃dominãteꝫ. ß in omni hoĩe habẽte charitatẽ affectio charitatis p̃edomiat̃. cũ faciat eũ diligere deũ ꝑpter se ꝛ sup oia. ḡ li. ar. ex quo semel hꝫ charitatem nunq̃ꝫ hꝫ moueri contra charitatẽ. ß nunq̃ amittit charitatem nisi moueatur contra ipaꝫ. ḡ ex quo charitas semel inest homini. vr̃ q̓ nõ possit ab eo p̃di nec separi. Itẽ ois qui habet charitatẽ habet xp̃m ꝓ fundamẽto. et spiritũ sanctũ ꝓ adiutorio. ß nihil põt firmitatẽ fundamenti infringere. nec virtutem diuini adiutorij superare. ergo videt̃ q̓ nihil possit charitatẽ ab homie expellere. Sed contra hoc oñditur pmo p exempla

vet̃. testã. Constat eñ q̓ saul charitatẽ habuit cuꝫ de eo scribat̃ q̓ nõ erat vir in isrl̃ melioꝛ eo. Silr̃ et dauid charitatẽ hũit. cũ d̓ eo dicat dñs. Inueni viꝝ ſm coꝛ meũ. ꝛ ꝯstans est q̓ vterq; charitatem p̃didit. qꝛ vterq; mortal'r peccauit. Saul in ꝑsequẽdo dauid. dauid in ꝯmittendo adulterium ꝛ homicidiũ. ḡ ꝛc. Item hocipm̃ oñdit̃ p exẽpla no. testa. qꝛ discipli dñi charitatẽ hũerũt tam apl̃i q̃ alij discipuli electi. ß multi de discipulis abierũt retro ſm q̓ dr̃ Ioh. vj. Multi etiã de apl̃is dubitauerũt in fide ſm q̓ habet̃ Math. vlti. ꝛ silr̃ vult mgr̃. ꝛ silr̃ vult luc. ḡ charitatem habitã p̃diderũt. ḡ charitas semel habita pt̃ p̃di. Item hocipm̃ oñdit̃ p auctes. j. Coꝛ. x. Qui stat videat ne cadat. Et apoc. ij. Habeo aduersũ te paucа q̓ charitatẽ primã reliq̃sti. ḡ charitas semel habita põt p̃di ꝛ deleri. Item hocipm̃ ꝓbat̃ manifesto expimẽto. qꝛ puuli q̃ baptizant̃ hñt gr̃aꝫ. ꝛ ita charitatẽ ꝛ ceteras ṽtutes. ꝛ tñ qñ veniũt ad adultã etatẽ p̃dũt peccãdo sicut planum est. ḡ charitas postq̃ hr̃ amittit̃. Itẽ hocipm̃ oñdit̃ ratõnali argumento. Facili⁹ ẽ est deficere q̃ ꝓficẽ. ꝛ cadere q̃ surgere. Facili⁹ ẽ etiã p̃dere charitatẽ q̃ fidẽ. qꝛ p̃dita fide p̃dit̃ charitas ß nõ ꝯuertit̃. ß possibile est hoiem q̃ nõ hꝫ charitatẽ acq̃rere. possibile est etiã hoiem hñtem fidẽ a fide recedẽ. ḡ mlto forti⁹ possibile est hoieꝫ hñteꝫ chari-
4 tatẽ a charitate cadere. R. dõ q̓ sicut dicit mgr̃ in litera. quoꝛũdã opinio ꝛ sententia fuit q̓ charitas semel habita nunq̃ amittat̃. ꝛ hoc posuerũt ꝑpter p̃fectõeꝫ illius vinculi. ꝛ ardoꝛẽ siue feruoꝛẽ illi⁹ amoris. Crediderũt eñ illud vinculũ esse tãte p̃fectionis q̓ nullo agẽte posset dissolui. ꝛ illuꝫ amoꝛẽ esse tanti feruoꝛis q̓ nullo mõ posset extingui ꝑpter dignitatẽ ꝛ excellẽtiã ipius charitatis. et hoc affirmare nisi sũt aucte multiplici sicut in ipo textu mgr̃ satis apte dic̃. Sed hec positio non est opinio nec rõnalis sententia. Immo erroꝛ ꝛ insania potius est dicẽda. qꝛ repugnat sacre scripture. repugñt expimẽto nr̃e fidei. repugñt nihilominus rõni recte. Sacre scripture ꝛ etiã expientie repugnat sicut in opponẽdo mõstratũ est. A rõne aũt recta dissonat si quis attẽdat. ꝓ eo q̓ recta ratio dictat q̓ charitas vie nõ tollit a li. ar. vertibilitatẽ ad malũ. sic̃ nec cupiditas tollit habilitatẽ ad bonũ. sil'r ḡ stat vertibilitas ꝛ charitas. Sed vbi ẽ vertibilitas ibi pt̃ esse culpa. ꝛ vbi pt̃ esse culpa ibi tã charitas q̃ꝫ gratia pt̃ abesse. Restat igit̃ q̓ ſm dictamẽ rõnis recte charitas p̃di põt in statu vie. Uñ ꝯcedende sũt rõ-
5 nes ad hãc pteꝫ inducte. Ad illd̓ ḡ qd̓ p̃ obĩ q̓ excellẽtius vnit amoꝛ charitatis q̃ amoꝛ nãlis. dõm q̓ verũ est. sed tamẽ ex hoc nõ sequit̃ q̓ indissolubilius vniat. qꝛ excellẽtia vnionis nõ tãtũ attẽdit̃ ſm vnionis insep̃abilitatẽ. quãtũ attẽdit̃ ſm habitus vnitatem. siue obiecti siue termini dignitatẽ. Unde rõ ista non valet. Sed si tu queras vnde hoc est q̓ amoꝛ nãlis vnit insep̃abiliter. ꝛ amoꝛ charitatis non. dõm q̓ hoc est quia charitas est habitus regulatiu⁹ ꝛ directiuus volũtatis deliberatiue q̃ est ad opposita ſm statũ vie. Amoꝛ vero nãlis respicit ipam inclinatõeꝫ nature q̃ est ad vnũ determiata. Ideo dilectũ ex charitate pt̃ esse odiosũ ꝑpter volũtatis vertibilitatẽ. q̃ꝫ nãlis quod nãliter diligit̃ semp sit amabile ꝑpter ipius nãe determinatõem. Unde nõ est simile hinc ꝛ inde.
6 Ad illud qd̓ obijcit̃ q̓ charitas est fortioꝛ peccato dõꝫ q̓ amissio charitatis nõ est ꝑpter hoc q̓ peccatũ agat in ipam eã expellẽdo. sicut vna forma nãlis expellit aliã. sed hoc est quia cũ esse charitat̃ depẽdeat a duobus. videlicet a deo influẽte. ꝛ a li. ar. suscipiente. cũ li. ar. se a deo auertit. charitas in semetipa deficit. Et quia li. ar. non se auertit nisi peccãdo. hinc est q̓ charitas dicit̃ p pctm̃ expelli. nõ ꝑpter fortitudinẽ ipius peccati agẽtis ß ꝑpter defectũ ipius li. ar. susci-
pientis. Ad illud quod obijcitur q̓ omne peccatum 7
est ex amore male inflamante. vel timore male humiliante. dicendum q̓ illud dupliciter potest intelligi. aut q̓ ille due radices p̃cedant oẽ pctm̃ ꝑpetratũ exterius tpe. Aut quia p̃cedũt origine. Si precedãt tpe. sic non oportet esse generaliter veꝝ. quia ante primuꝫ pctm̃ nullũ istoꝝ fuit in primo hoĩe. Si qꝛ p̃cedãt origine ipam ꝑpetratõem peccati. sic habꝫ veritateꝫ. quia nemo pctm̃ ꝑpetrat nisi affectu amoris vel malo affectu timoris. Q̃uis aũt hmõi affect⁹ nõ sint in hoie habente charitatẽ in actu. possũt tamen inesse. qꝛ li. ar. qd̓ est rectũ p charitatẽ. incuruari pt̃ p
cupiditatẽ. Ad illud qd̓ obijcit̃ q̓ li. ar. in eligẽdo 8
sequit̃ affectõem p̃dominãtem. dõm q̓ est affectõ p̃dominãs in habitu. ꝛ est affectõ p̃dominãs in actu. Cũ ḡ dicit̃ q̓ li. ar. sequit̃ affectõem p̃dominãtẽ. hoc non intelligit̃ de affectione p̃dominãte in habitu. ſꝫ de p̃dominãte in actu. Q̃uis aũt in hoie habẽte charitatẽ affectio charitatis p̃dominet̃ in habitu. cõtingit tamẽ affectõem carnaleꝫ p̃dominari actu. qꝛ frequẽter hõ qui est in gr̃a. coꝝ que dei sũt oblit⁹. oĩno cogitat que sũt mũdi. ꝛ sic afficit̃ quasi nõ esset ciuis illius sup̃ne irl̃m. ꝛ dũ istã affectõem sequit̃. cadit in
p̃cipitiũ. p̃ditq; gratie donũ ꝛ charitat̃ habitũ. Ad 9
illud qd̓ vltimo obijcitur q̓ habenti charitatem xp̃s est fũdamẽtũ. ꝛ spũssctus est in adiutoriũ. dõ q̓ verũ est. sed sic xp̃s est fundamẽtum q̓ non sustẽtat nisi sibi inniti volẽtem. ꝛ spũssctus nõ guberuat in eẽ gratuito nisi volẽtem sibi coopari. Et iõ q̃uis illud fundamẽtũ sit immobile. tamẽ quia li. ar. ex sua defectibilitate recusat inniti isti fundamẽto. ꝛ coopari illi adiutorio. peccãdo deficit in seipõ. ac p hoc priuatur a charitatis dono. ꝑpter defectum a parte sui. nõ ꝑpter defectum a parte fundamenti vel adiutorij.

Questio. ij. b

Utrũ a charitate cadens possit resurgere in equali? Et q̓ sic videt̃ primo p ve. te. Mal. iij. Placebit deo sacrificiũ iuda et hierusalem sicut dies seculi et sicut anni antiq̃. Glo. quõ in principio placuerũt. ita post peccatũ p penitentiã placere ceperũt. Et hocipsum habet̃ expresse in glo. sup illud Leui. vij. Hec est hostia p delicto. Glo. Eque placet deo virtus iustorum ꝛ digna penitẽtia peccatoꝝ que restituit in gradum pristinum. ḡ põt homo resurgere in equali charitate Item hocipm̃ ꝓbatur per no. testa. Scribit̃ Ro. v. Ubi sup̃abundauit delictum sup̃abundauit et gr̃atia. Et Luce. xv. Cito ꝓferte ei stolam primã. ibi. glo. Pristine dignitati filiũ restituit. Sed nõ restituit̃ in pristinam dignitatem nisi habeat equalem charitatem. ḡ ꝛc. Item hocipsum ostendit̃ p exemplum. quia dauid post peccatũ homicidij resurrexit deuotioꝛ. Et petrus post negatõnem resurrexit fortioꝛ. ſm q̓ dicũt autoritates sanctoꝝ ꝛ scriptura innuit. videtur ḡ q̓ similiter in alijs esse possit. Item hocipm̃ ostendit̃ ratõne. qꝛ cum gr̃a infundit̃ homini peccatori. pctm̃ delet̃ ſm veritatem ꝛ ſm dei reputatõneꝫ. ḡ nullum ꝑstat infusioni ipi⁹ gratie impedimentuꝫ. nec est aliud qd̓ impediat quare nõ possit dari tan-

ta gr̄a homini quāta prius. ergo videtur ꝙ homo possit i equali charitate resurgere. ¶ Sz contra. Amos. v. Non adiiciat vt resurgat virgo isrl'. Glo. Nō negat quin possit resurgere. sed ne possit resurgere ꝟgo. qr semel aberrans et si reportetur humeris pii pastoris. nō tn̄ hz tantā gloriā cum eo q̄ nunq̄ errauit. ¶ Item Ezech. xliiii. Leuite q̄ longe recesserunt a me nō approximabūt ad me vt sacerdotio fungantur mihi. Si ergo deus petōres et penitētes nō recipit ad dignitatem sacerdotalē. videtur ꝙ resurgētes nō pn̄t hic charitatē equalē ¶ Item gr̄a grat data nunq̄ tātū pōt disponere ad susceptōes diuine influentie. et capacitatē diuine bonitat. sicut gr̄a gratū faciens. sed iustus anteq̄ cadat habz gr̄am gratū facientē. petōr anteq̄ resurgat nō hz nisi gr̄am grat datā. ergo ampli⁹ disposit⁹ est homo ad susceptōes diuie gr̄e anteq̄ cadat q̄ postq̄ cecidit. Si ergo deus coicat homini gr̄am et charitatem sm ꝙ hō est disposit⁹. videtur ꝙ maiorē habeat homo charitatē qn̄ stat q̄ qn̄ resurgit. ergo videtur ꝙ non possit resurgere in charitate equali ¶ Item cuz sit triplex status ꝯtinentie. s. ꝟginalis. vidualis. et ꝯiugalis. cadens a p̄ statu nunq̄ pōt ad ipm̄ statū resurgere. ergo si innocētia baptismalis est sicut ꝯtinētia ꝟginalis. vr ꝙ cadens ab illo statu nunq̄ poterit in equali resurgere. ergo nō pōt homo resurgere in equali charitate.

10 ¶ Rn̄. dicendum ꝙ possibile est hoiem in equali charitate resurgere sicut mōstrari pōt auctibus et exemplis et rōnibus ꝯgruis sm ꝙ in opponēdo tactū fuit. Cū enim dicam⁹ quantitatē gr̄e mensurari sm diuinā largitatem. siue sm suscipient ydoneitatē. recte ꝯuenit intelligere ꝙ charitas in q̄ quis resurgit. pōt esse eq̄lis illi charitati a qua q̄s prius cecidit. Nam ex parte diuine largitat planū est. Ad ei⁹ enim ꝯmendatōem spectat vt nō min⁹ larga dona tribuat homini q̄ an tribuebat sm ꝙ dicit Aug. nisi ineptitudo suscipientis impediat. Ex pte ꝟo hominis se disponētis satis planū est. possibile est enim vt homo post petm̄ amplius detestetur malū et abhorreat petm̄ q̄ pri⁹. sicut mlti corrupti amplius detestantur petm̄ carnis q̄ multi qui nunq̄ fuerūt lapsi. et sic rōnabiliter poni potest et dz ꝙ ꝯtingat hoiem resurgere in equali charitate. et rōnes que h̄ ostendūt sunt ꝯcedende

11 ¶ Ad illō qd primo obiicitur ꝙ nunq̄ resurgit virgo. nec hz tantaz gloriā cum eo q̄ nunq̄ peccauit. dicendum ꝙ est gl'ia quedam accn̄talis. et gloria p̄mii sbalis. Si loquamur de gloria accn̄tali sic glosa illa hz veritatē. Quedam enim gl'ia est qua q̄s gloriatur se nunq̄ peccasse. in q̄ nō poterit resurgere qui aliqn̄ peccauit. Si loquamur de gloria p̄mii sbalis q̄ ꝯsistit in videndo et amādo deum nō hz veritatē. et penes hanc attenditur quantitas charitat nō penes aliā. et ideo rō illa non cogit.

12 ¶ Ad illud qd obiicitur ꝙ leuite recedentes a dn̄o inepti erant ad dignitatē sacerdotalē. dicendum ꝙ sacerdotalis dignitas nō tm̄ respicit rectitudinē voluntatis sed etiā dignitatē exterioris decoris. ꝓpter quā ꝯtingit hoiem etiā nō peccantē fieri irregularē. charitas ꝟo rectitudinē voluntat respicit ꝓprie et p̄cise. et ꝓpterea ratio illa nō valet. qr nō est simile hinc et inde

13 ¶ Ad illud qd obi ꝙ nunq̄ disponitur hō p gr̄am grat datā sicut p gr̄az gratū facientē. dicendum ꝙ ad hoc ꝙ quis se disponat duo ꝯcurrūt. s. adiutoriū gr̄e. et coopatio li. ar. Loquēdo de dispositōne quantū est ex pte ipsius gr̄e. magis est dispositus ad susceptōes oīs boni q̄ est in gr̄a gratum faciente. q̄ qui illa caret. Sed loquendo de coopatōne li. ar. nō sp habet veritatez. qr in cadente a charitate li. ar. charitati et gr̄e nō coopatur. imo potius aduersatur. et aduersando poti⁹ disponit ad charitat defectōes q̄ ad eius susceptōes. sed in resurgente est ecōtrario sicut patet. et ideo rō illa nō valet

14 ¶ Ad illud qd obiicitur de ꝯtinentia virginali. dicendum ꝙ meritū illi⁹ ꝯtinentie respicit p̄miū accn̄tale p se. et simul cum hoc respicit quandā dispositionez in carne. q̄ cum amissa est nō potest recupari. charitas ꝟo p̄miū sbale respicit et rectitudinez voluntat q̄ cū obliquata est. ita bene vt prius cum adiutorio gr̄e dei potest rectificari. Et sic patet ꝙ non est simile

15 ¶ Ad illud qd obiicitur vlterius ꝙ innocentia baptismalis similis est statui ꝯtinentie virginalis. dicendum ꝙ q̄tum ad quandā gloriam accidentalem quodāmodo similis est. et de illa pōt ꝯcedi ꝙ homo in tanta gloria non resurgit. ex hoc tamen non oportet ꝙ charitas nō sit equalis. De hoc aūt habetur libro quarto dis. xiiii. vbi queritur vtrum pfecta pnia in statum pristinum hoiem restituat.

Questio. iii. c

Vtrum homo possit resurgere in charitate minori. Et ꝙ sic videtur. quia quantitas charitatis in ipso homine attenditur sm liberalitatem dei. sed liberalitas dei non est artata ipsi peccatori ad dandū donum. nec plus nec minus. ergo sicut potest resurgere in maiori ita et i minori ¶ Item deus dat homini gr̄am sm ꝙ se p̄parat et disponit. sed possibile est ꝙ petōr cum resurgit minus se p̄paret ad gr̄am q̄ ante se p̄parauerat. ergo possibile est ꝙ in minori charitate et gr̄a resurgat ¶ Item culpa quantum ē de se expelli pōt p quātulācunq̄ gr̄az. Iterū. gr̄a p̄cedens nihil meretur respectu charitat sbsequētis. ergo nec culpa subseq̄ns exigit qd hō in eq̄li charitate vel gr̄a resurgat. ergo possibile ē ipsum resurgere in minori ¶ Item si hō nō posset resurgere in minori charitate. tūc cadēs a charitate pfecta non posset resurgere nisi in charitate pfecta. sed charitas cum resurgit est incipiens. ergo simul est incipiēs et pfecta. qd manifeste falsum est. cū nemo repente fiat summ⁹. et ante statum pfectōnis necessario ꝯcurrat status pfectus et inceptōis ¶ Sz ꝯtra Ezech. xviii. Si impius egerit penitentiaz. omnium iniquitatum ei⁹ quas opatus est nō recordabor. Constat ꝙ non intelligit de obliuione q̄tum ad actum cogitandi sed q̄tum ad actum puniendi. Sed homo nō punitur solū p inflictōez mali sed etiam p subtractōnem boni. Si ergo dn̄s nō recordatur illoꝝ peccatorum ad penā eternā. cum diminutio charitat faciat ad diminutōez p̄mii sbalis. et ita ad damnū eternum. videtur ꝙ necessariū sit hominē in equali charitate vel in maiori resurgere ¶ Item Ro. viii. Scimus qm̄ diligentib⁹ deuz oīa coopantur in bonum. Glo. ipse etiam casus in mortale. sed casus in mortale petm̄ nō coopatur in bonū nisi homo resurgeret i eq̄li vel in maiori charitate. videtur ergo ꝙ necessariū sit hoiez in eq̄li charitate vel maiori resurgere ¶ Itez sup illud Gen̄. i. Factū est vespe et mane dies vnus. Glo. Vesptina lux est in qua quis cecidit. matutina in qua resurgit. Si ergo lux matutina semp maior ē vespertina. videtur ꝙ maior sit charitas in qua quis resurgit q̄ charitas a qua cecidit ¶ Item maior virtutis est qd pellit q̄ qd pellitur. Sed charitas in q̄ q̄s resurgit pellit illud qd expulit charitatē a qua quis cecidit. ergo necesse est charitatem subsequentē maiorē et fortiorē esse illo qd charitatē expulit. et p ꝯn̄s ipsa charitate a qua quis cecidit.

16 ¶ Rn̄ ad predictoꝝ intelligētiam est notādū ꝙ aliquoꝝ aliquādo fuit opinio ꝙ necesse erat hoiem resurgere in equali vel maiori charitate. et ad hoc ponēdū moti sūt. tum ex consideratōe diuine dispositōis siue p̄destinatiōis. tū ex consideratōe diuine retributōis. tū ex consideratōe nostre repatōis. Ex consideratōe nāq̄ diuine p̄destinatōis moti sunt. quia dixerūt ꝙ diligētibus deū oīa coopantur i bonū hiis qui sm ꝓpo. vo. sūt sancti. Ideo diuine p̄destinatōis immutabilitas nequaq̄ sinerz hoīnē labi a charitate. nisi ex lapsu illo videret subsequentē vtilitatē. Nec regimē diuine ꝓuidentie filiuz regni ꝑmitteret cadere. nisi ex h̄ sibi ꝓuideret mai⁹ bonum ex ipso casu elicere. Ex pte ꝟo retributōnis rōnem sumpserūt. qr de⁹ opa remunerat sm quātitatē charitat ex q̄ sunt facta. Si ergo charitas in q̄ quis resurgit viuificat opa prius mortua. et facit ea remuneratōne digna. cū remuneratio adequetur quātitati caritatis ex q̄ opa facta sunt. nec possit excedere quantitatē charitat in qua q̄s resurgit. ratōcinantur ex hoc ꝙ impossibile sit minorē charitatem esse in resurgēte q̄ prius fuerit in cadēte. Ex pte nr̄e repatōnis ratōcinantur sic. qr quāto hō magis fit ineptus ad gratiā. tanto maiori indiget p̄patōne ad hoc vt ipam suscipiat. sed quāto a maiori gr̄a cecidit. tanto mag' peccauit. et magis ad gr̄am ineptus fuit. Restat ergo vt asserunt ꝙ quātitas p̄patōnis debeat ꝓportōnari quātitati charitat a q̄ quis cecidit. Et quātitas charitatis sequent mensuratur sm quantitatē p̄patōnis. ꝓpt qd ꝯsequi videtur ꝙ charitas subsequēs adequatur p̄cedēti. vel eā excedat. et h̄ ꝯfirmant p illud Baruch. iiii. Sicut fuit sensus vr̄ vt erraret a dn̄o. decies tm̄ iterū reuertētes inuenietis eū. Et Isa. xxxi. Conuertimini filii isrl' sicut in ꝓfundū recessistis. Sed h̄ modus dicendi est ꝯtra ratōnem et sensibile expimentum. nec habet stabile fundamentū. Contra rōnem enim dicere est ꝙ pfectus si cadat a charitate nō possit resurgere nisi in statu et cōplemento pfectōnis sue. et de multis apparet ꝙ cadētes nō resurgūt ad illā pfectōnez a q̄ ceciderūt. Stabile etiā fundamentū nō hz. qr diuine p̄destinatōis dispositio nō exigit ꝙ hō semp ꝓcedat in bono. sed ꝙ sit finaliter bon⁹. Dei etiā retributio nō pensat q̄tum ad meriti efficaciā charitatē inicialem sed charitatē finalem. Nr̄a etiā p̄paratio ad gratiam pōt esse maior in eo qui min⁹ peccauit. Et verba illa ꝓphica nō intelliguntur de quacūq̄ p̄patōne. sed de p̄paratione pfecta et pnia ꝯsummata q̄ restituit oīa ablata. sicut in quarto li. explanatur di. xiiii. Non aūt habz veritatē de quacūq̄ pnia et ꝯuersione siue p̄patione. vn̄ cū hō se p̄pare possit ad maiorez. et ad minorem. et ad equalē charitatem. cōis tenet opinio. ꝙ hō pōt et in maiori et in minori et in equali charitate resurgere. Et ꝯcedende sunt rōnes q̄ sunt ad istā partem.

17 ¶ Ad illud ergo qd primo obi in ꝯtrariū ꝙ dn̄s nō recordatur peccatoꝝ post pniam petōris. dicendum ꝙ hoc intelligitur q̄tum ad punitōnem eternā. Et ꝙ gr̄a minor detur homini q̄ fuerat p̄cedens. hoc nō est ꝓpter peccatorum p̄cedentiū punitōez. sed hoc est ꝓpter ipsius negligentē et tepidā p̄patōnez

18 ¶ Ad illud qd obiicit ꝙ diligentib⁹ deū oīa coopantur in bonū. dicendum ꝙ illud nō intelligitur qr sp coopentur in bonū q̄tuz ad augmentū p̄mii sbalis. sed hoc pōt esse q̄tum ad quandam humiliatōez. et diligentiorē boni ꝯseruatiōez. et cautiorē mali vitatiōez. q̄ adiuuant hoiem ad hoc ꝙ ꝑseueret vsq̄ ad finē. Et meli⁹ est homini hic p̄uam ꝑseueret vsq̄ i finē ꝑseuerātē. q̄ magnā et in media via deficientē.

19 ¶ Ad illud qd obiicit ꝙ maior est lux matutina q̄ vesptina. dicendum ꝙ charitas resurgēs nō ꝯpatur luci matutine ꝓpter magnitudinē sed ꝓpter nouitatem et ordinē ad ꝓficiendū. et ideo in ratione illa peccatur sm ꝯsequens. qr nō est oino sile hinc et inde.

20 ¶ Ad illud qd obiicit ꝙ forti⁹ est qd pellit q̄ qd pellitur. dicendum ꝙ verū est i hiis q̄ pelluntur p mutuā actōnez et passionē. sic aūt nō est de petō et gr̄a sicut explanatuz fuit supra. et ideo in nullo cogit ratio illa.

Consequenter q̄ritur de charitat duratione p ꝯparatōem ad habitus aliaꝝ virtutum que euacuari dicuntur. Et circa hoc tria querūtur sm triplicem habitū quā dicit magister euacuandū. Primo queritur de euacuatōne fidei. Scd̄o de euacuatione ipsius spei. Tercio de euacuatione ipsius scientie.

Questio. i. d

